

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0019

LOG Titel: §. V.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

De Executionibus, Tractatus. §.4. 279

C A P . CXXXVIII.

A R G U M E N T U M .

Datione in solutum facta & præscriptione statutaria munita, an præiudicet quoque in bonis non ipsius debitoris propriis, sed cum aliis communibus.

S V M M A R I A .

- 1 Prescriptio statutaria ut pro sit requiritur, ut bona sint debitoris.
- 2 Posseffor est citandus in specie ad hoc ut prescriptio statutaria procedat, quando est certus contradictor.

Octauo, quoniam elapso tempore à statutis constituto statutaria præscriptio inducitur: & procedit talis præscriptio vbiunque bona sunt ipsius debitoris, quæ in solutum data sunt: merito fuit aliquando dubitatum, quid dicendum sit, si non sint integra, & in totum ipsius primi debitoris, sed aliqua ex parte cum alio communia: an dispositio statutorum, de quib. dictum est, locum habeat? Et breuiter † procedendo, vt locum non habeat, dicendum est: Nam ut sape diximus, cum verba statutorum, de quibus supra, non conueniant: merito nec dispositio locum habere debet. l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto. & tradit Fel. in cap. nonnulli, in ver. vbi verba legis, extra de renunciat. Et ideo cum presupponamus statuta, de quibus agitur, semper de bonis debitoris loqui, & in quibus debitor ius habeat, merito à verbis prædictorum statutorum recedendum non est, arguento l. quod constitutum. ff. de milit. testamen. & l. non aliter. ff. de legat. 3. est etiam hoc loco prosequendo rem propositam adnotandum, præscriptionem statutariam non obesse, nisi posseffor, & in possessionem missus specialiter citetur: & ideo vbiunque forma à statuto inducta non seruatur, beneficium illius locum non habet, arguento l. non du bium. Cod. de legibus, cum similibus. Nam † quando certus est ille, de cuius interesse agitur, semper citandus est, alioquin actus est nullus: nam citatio est de substantia iudicii, l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. & l. de unoquoque ff. de re iudic. & tradit Bald. in d. l. nā ita Diuus, colum. fin. versi. sed an sufficiat citatio generalis omnium. Vbi inquit aut factum est generale, & sufficit generale edictum. c. humilis. extra de maior. & obedient. vbi tradit imola & capit. cum in tua, extra qui accusa. non poss. & l. si eo tempore. Cod. de remissio. pigno. & cap. quia diuersitatem, in fin. prime gloss. vbi Innocen. extra de concession. prebend. & in cap. si confiterit, vbi etiam Innocen. extra de accusa. & notatur in §. sanc mus, colum. i. in Auth. de hæred. & falcid. Aut vero est factum speciale, & tunc debet specialis citatio fieri, licet consanguinei & hæredes & amici, si generaliter citentur, sine omnium expressione satis sit, vt inquit notari in lege, hoc autem.

§. i. ff. quibus ex causis in poss. eatur.

C A P . CXXXIX.

A R G U M E N T U M .

Datio in solutum & adiudicatio tunc per præscriptionem statutariam muniri possunt, quando valent & reuera subsistunt.

S O V M M A R I A .

- 1 Prescriptio statutaria tunc opitulatur, cum adiudicatio vlaida est: secus vero si sit nulla.
- 2 Titulus nullus pro non titulo habetur.
- 3 Bona adiudicata, vel in solutum accepta, si adiudicatio non subsistit, sunt vna cum fructibus restituenda.

Octauo, nonono præscriptio autem prædicta statutaria tunc locum habet & procedit, † quando adiudicatio, vel in solutum datio subsistat: Si vero aliqua de causa, vt pūta ex defectu citationis vel gabellæ, non solutæ, vel quacunque alia de causa, vt inquit Ruin. in consil. 17. num. 4. volu. 5. & in consil. 123. num. 14. vol. 2. perutgatissim. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. de qua relate tradit Alexand. in consil. 147. colum. 2. volu. 7. ob id, † quod titulus nullus, pro non titulo habetur, vt inquit Afflict. in decis. 2. 8. alias 228. tunc bona † adiudicata, vel in solutum accepta, vna cum fructibus restitui debent, vt voluit idem Afflict. in prædicta decisio. & si tales fructus iudicis auctoritate percepti data tituli validitate accipientis fiant. l. final. Cod. de Carbon. editio.

S . V .

C A P . I .

A R G U M E N T U M .

Solennitatis verbum quid significet, & quam varie in iure usurpetur.

S V M M A R I A .

- 1 Solennitatis verbum pluribus modis accipitur.
- 2 Solennitas quadam dicitur probatoria.
- 3 Solennitas aliquando accipitur pro quadam auctoritate actum confirmante, que forma appellatur.
- 4 Solennitas, unde dicta sit.
- 5 Solennitas, quid sit.
- 6 Solennitas unde inducta.

Plerunque statuentes in instrumentis, quæ ex dispositione statutorum paratam executionem habent, solennitatem aliquam seruari expresse disponunt: Merito antequam ad alia transcamus, nonnulla de solennitate dicenda sunt. In primis igitur sciendum est, † verbum illud, solennitas, in iure pluribus modis accipi consueisse, ve

Aa 2 inquit

² inquit Bald. de Vbaldis in l. in suis, nume. 2. ff. de liber. & posthum. Aliquando enim pro solemnitate probatoria accipitur: ut puta quæ probationis gratia & fidei, ut puta nequid iniquum, iniustumve, aut pernitosum cuiquam ex cogitari possit adhibetur. l. questionem. C. de fidicommis. Aliquando vero ³ t. quodam pro auctoritate confirmatione, ut habetur in §. si. Instit. de auctori. tuto. & in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. Aliquando & tertio pro actus confirmatione: ut puta quod uno eodemque contextu integrum fiat testamentum: hoc est, ut interim dum testamentum agitur ad nullos extraneos actus, & ipsius testamenti perfectionem non respiacentes diuertatur. l. haeredes palam. §. si. ff. de testamen. & qui testa facere poss. Aliquando & quarto pro forma, quia huiusmodi verba, ut infra latius apparebit, solemnitas & forma à Doctorib. nostris confunduntur. Nam plerunq; formam pro solemnitate, & econue solemnitatem pro forma accipiunt. Solemnitas autem, ut inquit Lucas de Penna, in 4. l. 2. C. de fide instrum. lib. 10. t. inde dicta est, quod soleat, & ideo unica litera L. scribendam esse, ut habetur in l. ad quod. ff. ex quib. cau. mai. & l. sed & si. §. solemnium. ff. de admini. tuto. & l. cum plures. §. solemnia. & l. seq. §. in soluendis cum ibi notatis. C. de his, qui in eccl. manu. eod. lib. 10. & l. qui persolemnitatem, in si. ff. de iureuran. & l. Diuus ff. de in integ. restitut. & l. i. in prin. 5. ff. pro dote. t. Solemnitas autem quoddam & rei, cui adiicitur vestimentum. l. i. post principium. ff. de milit. testa. ea, enim quæ maiori solemnitate vestiuntur ac fulciuntur, difficilis dissoluuntur. l. 3. §. fin. ff. de adi- 6 men. legat. Inducta vero ideo t. videtur solemnitas, ne id quod agendum est, quisquam ut lubet instituat. l. 2. §. deinde ex his legibus de origi. iuris. & facit text. in l. secunda. C. de fide instrum. libro decimo, & in d. l. 3. ibi solemnitas. C. de honor. vacan. eodem libro decimo, & tradit Lucas de Penna in dicta l. secunda. C. de fide instrumen. libro decimo.

C A P. II.

A R G U M E N T U M.

Solemnitates antiquæ hodie sublatæ. Et Princeps vel Papa quatenus solemnibus adstringantur.

S V M M A R I A.

1. Solemnitas verborum hodie sublata est, & numero 5.
2. Solemnitatem supplet Pontificis presentia.
3. Solemnitate remota, si mandet Princeps, vel Pontifex, ut in causa procedatur: quomodo intelligendum sit.
4. Solemnitas & ordo, idem sunt.

Solemnitas, quæ olim maxime in vsu erat hodie sublata t. est, ut inquit idem Lucas de Penna in leg. si. C. qui admit. ad bono. possess. & in l. i. Cod. de form. Vbi dicit idem Lucas omissionem eorum, quæ tantum ad solemnitatem pertinent: contractum non vitiare, ut inquit Innocent. in cap. si quis, extra de Baptismo. Solemnitatem t. autem iuris principis & Pontificis præsentia supplet, ut est text. in cap. primo. extra de litu contestat. ut ibi tradit etiam Innocent. & a-

libi. & facit optime illud, quod habetur in leg. omni- um. Cod. de testamen. & illud, quod notatur in capit. presentium. de testibus. libro sexto, in verbo, transmissas. Et ideo t. dicunt, si Princeps Rex vel summus Pon- tifex suo rescripto mandent, ut in quadam causa solemnitate remota procedatur, confueuisse etiam absque libello procedi: propterea quod accusatio solemniter proposita intelligitur, quando libello in scriptis concepto & producto agitur, ut notatur in l. prima, §. sciendum. ff. de suspect. tuto. Verum eo extante rescripto solemnitatem remouente ac rei- ciente: libellus etiam remotus intelligitur. Solemnitatem t. autem & ordinem, quatenus pertinet ad rem nostram idem denotare, certum est. l. ordo. & ibi notatur. ff. de publ. iudic. quod autem antiqui- tates solemnites & formæ in vsu essent, est text. In- stit. de testam. in prin.

C A P. III.

A R G U M E N T U M.

Solemnitatis pro forma requisitæ omisso, quid & quantum noceat.

S V M M A R I A.

1. Solemnitas & forma à statuto inducta, ad vnguem, seruanda est.
2. Solemnitas & forma per equipollens adimpleri non possunt.
3. Solemnitatis & formæ omissione actum etiam fauorabilem vitiari.
4. Solemnitas seu forma à statuto inducta grauis, non leuis dici solet.
5. Creditor, qui bona tenute non seruata forma à statuto inducta in solutum accepit, fructus non lu- cratur, sed in suum creditum computare debet.
6. Solemnitatem iuris & formam etiam ipse iudex omittere non debet.
7. Solemnitatem & formam iudex omittere potest, vbi evidens aquitas expicit.
8. Solemnitas & formæ tempore necessitatis relaxan- tur.

R Edeundo modo ad ea, quæ paulo ante de so- lemnitate dicebamus, & præsupposito ut so- lemnitas t. pro forma s. p. in iure à Doctoribus nostris accipiat, & idem sit, quod ideo ad vngue & amissim seruandam esse in primis dicendum ac firmandum est, ut inquit Paris. in consil. 98. num. 77. volum. 1. Vnde est, ut per equipollens t. adimpleri satis non sit, ut notatur in l. si quidem. C. de predi. mi- no. & tradit Barto. in l. si curatorem habenti. colum. 2. Cod. qui tutor. vel curat. da. poss. & Alexan. in consil. 137. in causa. colum. 4. volum. 2. & Paul. Castrens. in consil. 30. ad bene examinandum, volum. 1. & late Maria. Socin. in consilio 24. colum. 8. volum. 1. & copiose recen- tiores in l. i. ff. de liber. & postum. & Laurent. Calca. in consil. 25. num. 14. inquiens statuti solemnitatem formam esse & formæ t. aut modi omissione actum etiam fauorabilem vitiati. l. qui Roma. §. Flauius. ff. de verbor. obligat. & notat Bal. in l. si testamentum. Cod. de testam. De his enim nihil immutandum est, ut ait Bald. in titul. de pace Constantia, in gloss. super verbo, acta.

acta, & id eo magis, cum statutum actum annullat
 4 dicendum est: *Eo enim casu* † *solemnitas seu forma*
à statuto inducta grauis, non leuis dici solet, vt voluit Bal. in l. 1. & 2. ff. de lib. & posth. & præsertim quia
solemnitas statuti, nec tacite nec expresse inesse aetui dicuntur, quo sit vt de forma esse intelligatur.
vt inquit Bal. in l. eum qui §. si filius fam. ff. de acquir. haere. *Quo sit vt cum huiusmodi solenitatis à statutis*
inueniae, & inducta ex iure communi non sint, si omittantur, actus sit, tāquam omisla forma gestus
ipso iure nullus. Præterea quod forma à statuto inducta ad vnguem & amissim seruanda sit, alioquin
quicquid agitur, sit ipso iure nullum, voluit Augus.
Berous in consil. 171. num. 17. vol. 1. per tex. in l. Julianus.
§. si quis rem. ff. ad exhiben. & in c. venerabilis. 17. q. 4. & tradit Bal. in c. 1. post gloss. in verbo, vocationem, in tit. de milite vasal. in vīb. feudo. & Alex. in consil. 43. col. 7. volum. 1. & recentiores in c. cum dilecta, extra de rescript. & tradunt etiam Legista in l. 1. ff. de liber. & posthum. & in terminis nostris, videlicet dationis in solutum hāc eandem opinionem & sententiam firmauit Alber.
de Rosate in l. Paulus. num. 1. ff. de solutio. & ideo voluit
5 creditorem bona tenuta † non seruata forma statuti in solutum accipientem fructus non lucrari, sed eos in suum creditum computare debere.
l. vxori mea. ff. de vīf. legat. & l. 1. C. de dolo. licet non nulli propter bonam fidē cum fructus lucrari voluerint, aliam tamen opinionem veriorem ac probabiliorem esse arbitratur, eandem opinionem sequitur Ruin. in consil. 160. num. 30. vol. 2. & in consil. 136. num. 7. volu. 1. & iterum hanc eandem conclusionem sequitur Paris. in consil. 99. n. 25. vol. 1. & in consil. 12. num. 47. & 48. & in consil. 33. num. 24. vol. 2. & in consil. 46. nu. 6. & 14. & in consil. 68. num. 17. vol. 2. & ita vera est
6 hāc conclusio, vt † iudex etiam iuris solemnitatem omittere non possit, vt voluit Bar. in d. l. cum bi. §. si prætor. ff. de transactio. & si forte eam omittat, irritū fit quicquid agit, vt inquit Alex. in consil. 42. col. 6. vol. 1. & in consil. 100. col. 2. vol. 5. dum inquit, vt supra iterum diximus, verba statuti ad vnguem esse obseruanda. & in consil. 109. eod. vol. & Paul. Castren. in consil. 328. & Socin. in consil. 76. in princip. & in consil. 24. vol. 1. & Decius in consil. 10. vbi multa tradit, quibus hāc conclusio comprobatur.

C A P. IV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Solemnitas si non obseruetur actum non vitiat, vbi aliter euidentis æquitas exposcit.

S Tante prædicta conclusione, videndum est in quibus casibus limitetur, & non procedat. † Et in primis limitatur, vbi eiusdem æquitas contrarium suadet, vt est tex. expressus in l. Diuus Antonius. ff. de restit. in integr. Vbi inquit Iureconsultus: & si nihil facile mutandum sit ex solemnibus, tamen vbi æquitas euidentis poscit, subueniendum est. Itaque si citius non responderet, & ob hoc more solito pronunciatum est, confessim autem te sedente pro tribunali adiit, extimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita voce præconis.

C A P. V.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1

- Solemnitatis omissione non vitiat tempore necessitatis.

Secundo loco limitatur tempore necessitatis, vt inquit Roland. à Valle in consil. 30. num. 13. volu. 3. Dicit enim ipse eo † tempore requisita ex forma iuris vel statutorum relaxati, vt voluerunt Bald. & Ang. & alii in l. Turpia. §. 1. ff. de lega. 1. vbi ex eo tex. inquietum Scribentes quod si statutum disponat, mulierem sine consensu propinquorum contrahere non posse, si fortasse nulli extent propinquui, vel si extent non possint haberi, vt quia sint in longinquis regionibus: mulier libere contrahere poterit, vt voluit Alex. in consil. 206. col. penult. in fine, volum. 6. & tradit Campeius in tracta. statutorum, super mater. consen. quest. II. post Bal. in c. 1. in tit. de consuet. recti feudi. & Brunus in tractat. de constit. decret. & consuetu. in verbo. mulier, in 3. nota. & Corn. in consil. 53. colum. 2. volum. 4. & de hac solemnitatis omissione tractauit in mea praxi iudicaria. §. 3. c. 36. num. 6. & in §. 7. cap. 5. & in §. 26. c. 1. & alibi in dict. praxi. & tradit Alexan. in consilio 110. nume. 10. volumine 6. & Cephal. in consil. 219. numero 3. volumine 2.

C A P. VI.

A R G U M E N T U M.

Solemnitates quædam extrinsecæ quædam intrinsecæ. Quædam post, ante, in contractu, vel omni tempore suppleri possunt.

S V M M A R I A.

1

- Solemnitatum due sunt species, videlicet alia est intrinseca, & alia extrinseca.
- Solemnitatum alia Cephal. diuīsio.

A lia rursus solemnitatum distinctio est: nam vt inquit Lucas de Penna in l. 2. C. de iure fisci. lib. 10. † alia est intrinseca, alia vero extrinseca, & idem dixit Petrus Rebuffus in l. vñica. nu. 343. C. de senten. que pro eo, quod interest. Intrinseca solemnitas est illa, sine qua actus subsistere non potest, secundum agentis principalem intentionem, vel quam rei prolatæ natura comprehendit, vel ad comprehendendum apta est, vel sine qua actus qui agitur in esse deduci non potest: exempla enim hac de re plura deduci possunt: vtputa exempli gratia si fideiussorem dixerit, simul etiam stipulationem me dixisse intelligendum est: cum fideiussor sine stipulatione esse non possit. l. blanditus. C. de fideiussore. & §. ff. Instit. eod. tit. Metito igitur stipulatio intrinseca fideiussionis solemnitas dicitur. Potest etiam aliud exemplum ponit in interrogatione & responsione verbi, non autem rei facta inter præsentes & sine intervallo in ipsa stipulatione. l. 1. vbi notant Doctores, & l. sciendum. ff. de verborum obligat. & tradit Bald. in leg. solam. column. 4. Cod. de testibus. Potest etiam eiusdem rei exemplum pariter in testamento apponi,

& ex eo res, de qua agimus, manifeste ostendi: Dubium namque non est, eum qui dicit testamentum hæredis quoque institutionem dicere & includere: cum sine hæredis institutione testamentum non detur. §. ante heredis, Institut. de legat. & l. eam quam. Cod. de fideicommiss. Nec prædictis videtur repugnare, quod illud etiam extrinsecum dicatur, quod tacite inest. l. conditions, quæ extrinsecus. ff. de condit. & demonst. propterea quod ea de causa ibi id extrinsecum dicitur, quia conditiones à iure extra, seu præter factum testatoris disponentis, inducuntur, & quo ad illud factum extrinsecæ dicuntur, & si iure inspecto intrinsecæ dicantur, ut inquit Alberic. Brunus in tractat. de form. & solemnit. actus, in rubr. Quotuplex est forma. versic. aliam etiam, colum. 1. fol. 12. extrinseca vero solemnitas ea dicitur, sine qua actus inesse deduci potest, utputa exempli gratia, si quis dixerit venditionem à pupillo factam esse: nam hinc non inferitur iudicis auctoritatem interuenisse, quæ sane extrinseca solemnitas dicitur. Nā cum sine ea sāpe contrahant. §. præterea. Inflit. quibus modis toll. obligat. & l. 2. ff. de nouat. certe ut si pupillus vendiderit, iudicis auctoritas interuenit, necesse non est. De hac extrinseca solemnitate loquitur tex. in tex. in l. 1. Cod. de fid. instrumen. lib. 10. Vel hunc in modum hanc differentiam intrinsecæ vel ext. intrinsecæ solemnitatis declarat idem Petrus Rebiffus. Intrinseca solemnitas est, quæ ex se formam non requirit: extrinseca vero quæ ex se formam requirit: quandoquidem intrinseca inest: ut inquit Bald. in d. leg. sciendum, vbi tradunt etiam alii ff. de verborum obligat. vbi alias Pisces profitens late prosequutus sum. vbi etiam copiose attingit Hieronym. Butigel. numero 12. & 14. & Cephal. in consilio 256. num. 63. volum. 2. & Felin. in cap. sicut, numero 47. extra de re iudicat. Diuidit t̄ autem Cephalus has solemnitates in hunc modum, in consil. 47. num. 6. cum sequen. vol. 1. Quædam enim, inquit ipse, solemnitas est, quæ tempore actus in esse deducēti requiritur: quædam, quæ ante actum: quædam quæ post actum: quædam, quæ omni tempore, ut declarat Bart. & sequuntur cæteri in l. vniuersa. Cod. de precib. imp. offer. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligat. & in l. cum lex. ff. de fideiuss. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. her.

C A P. VII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Solennitas intrinseca præsumitur, extrinseca vero non.

Quod autem t̄ solennitas præsumatur, tradit Cephal. in consilio 256. numero 63. volumine 2. per textum in dict. l. sciendum. ff. de verborum obligation. & ideo dicitur solemnitatem spatio 10. annorum præsumi, vbi de alterius præiudicio non tractatur: Si vero alterius præiudicium contineat, spatio 30. annorum præsumi solet, ut inquit Alexand. in consilio 1. numero 1. & 20. volumine 4. & rursus idem Alexand. in consilio 79. numero 4. & 5. volumine 1. & iterum Alexand. in consilio 79. numero 9. volum. 7. & in consilio 17. numero 8. volumine 4. & in consilio 113. numero 11. eod. volum. 4. & in consilio 218. volumine 6.

& Bart. Socin. in consilio 204. numero 4. volum. 2. & in consilio 270. numero 2. versic. confirmatur ex quo; eodem volum. 2. & Bart. in questione. mulier habens amplum patrimonium, in verbo, solutio, numero 2. & Curt. senior in consilio 76. numero 3. & Felin. in cap. Albericus, num. 7. extra de testibus. & in cap. sicut, numero 42. extra de sentent. & re iudicat. & in cap. illud numer. 10. extra de prescription. & Ias. in leg. 1. numero 15. versicul. tertio singulari. limita. Cod. qui admit. ad bonor poss. poss. & iterum Ias. in Consilio 140. numero 4. & 5. volumine 4. & in consilio 148. numero 7. eodem volum. 4. & Parisi. in consilio 104. numero 45. volumine 1. & Maria. Socin. in consil. 22. numero 13. & numero 16. cum sequent. volum. 1. & Bertran. in consilio 194. num. 5. volumin. 2. Nam omnia solemniter acta præsumuntur, ut inquit Corne. in consil. 94. num. 4. volum. 2. & in consil. 184. num. 3. volum. 4. & Matth. Affl. in leg. Imperiales. in princip. in notab. 12. versicul. Vigesimo quarto quaro. & num. 65. in iit. de prohib. feud. alien. per Feder. & Symon Crauett. in consilio 317. numero primo, versic. & ista opinio, volum. 2. & Gozad. in consil. 73. num. 21. & Grat. in consilio 91. numero 47. & 48. volum. 1. vbi vult id quoque in tertii præiudicium locum habere. Ergo idem quoque inter ipsos contrahentes, velius ab eis habentes multo magis dicendum est. Rursus idem voluit Grat. in consilio 142. numero 15. vsque ad num. 19. volum. 2. vbi licet loquatur de spatio centum annorum, arguit tamen in eo casu a fortiori, & ponit auctoritates 30. annorum: & eo magis valet argumentum, immo à maiori procedit, cum loquatur de emphyteusi & bonis ecclesiasticis, Paulinaque solemnitate. Præterea hanc quoque opinionem tenuit Alberic. Brun. in consil. 95. numero 4. in volum. consi. feuda. diuers. et si aliter procedere existimet, si alia præsumptio repugnet. Præterea quod solemnitas intrinseca non solum præsumatur spatio 30. vel 40. annorum, sed etiam 10, & id non solum in re prophana locum habeat, sed etiam in ecclæsiastica & minoris, est text. in cap. peruenit. extra de emptio. & vendit. & tenuit Paul. Castren. in consilio 202. in causa confinium, colum. 2. & in consil. 375. ne sub equiuoco colum. 2. circa medium, versic. dicet aliquis, volum. 1. & Alexan. in consilio 45. in fine. volum. 3. & Socin. in consil. 208. col. 3. vers. respondetur & secundo, rel. 2. & Corn. in consil. 348. col. 5. volu. 3. & in consil. 145. colum. fin. & in consil. 84. col. 1. vol. 4. & Bald. in consil. 511. Quidam prælatus. colum. 2. circa medium, volum. 5. Hanc præterea conclusionem sequitur Francisc. Marci quest. 473. num. 3. volum. 1. cum aliis multis concordantibus. Solemnitas extrinseca non præsumitur, vbi est alia præsumptio in contrarium. Limitatur hæc præcedens conclusio, vbiunque ad esset alia præsumptio in contrarium: Nam tunc non præsumitur solemnitas interueniente, ut inquit Ant. Capic. in decif. Neap. decis. 16. n. 1. & tradit Matth. Affl. et. decis. 108. numero quinto, dum inquit ex longi temporis spatio solemnitates non præsumi, si ex facie instrumentaliter appareat, prout dixit Specul. in titul. locati. versicul. nunc aliqua. versicul. 14. & Ias. in leg. 2. num. 155. Cod. de iure emphyteu. & Crot. in dict. l. sciendum. ff. de verbor. obligat. & Hippol. Marci. in singul. 32. & in singul. 436. & Castren. in consil. 202. num. 3. 4. & 5. volum. 1. & Ruini. in consil. 23. num. 19. vol. 5. & ponas quæ ille ibi dicit.

Solemnitas vero extrinseca non præsumitur, ut inquit Francisc. Cur. in leg. transactio nullo dato, nu-

mero 9. C. de transactio per textum. in leg. quacunque. §. final. ff. de publicia. & tradit Roland. à Valle in consilio 26. numero 15. volumine tertio. & tradit Sebastian. Vantius. in suo tractat. nullit. in titulo de nullit. sentent. ex defectu citatio. numero decimotertio. & voluit Bald. in l. gesta. colum. penultim. ff. de re iudicat. & Abbas in capi. tenor. colum. tertia. versiculo extra gloss. extra de sentent. & re iudicat. cum aliis. quae refert Federic Senensis. in consil. 165. & Panorm. in consilio 84. Iesu Christi. columna 2. volumine secundo. & Alexand. in consil. 106. visus & opportune. colum. penult. volum. 5. & Marcus Anton. Natta in consilio 512. numero 33. colum. tertio. & voluit glos. in cap. seruitium. 18. quest. 2. & in capit. duo. in verbo consuetudo. extra de officio ordina. & tradid. Bartol. in leg. cum de in rem verso. columna tertia. ff. de vsu. & in l. prima. §. denique. ff. de aqua pluvia arcend. cum aliis quos refert Alexand. in consil. 69. circa pri- mun. colum 2. aol. 5. & Capit. in decis. 16. num. 1. & ha- betur in decis. 351. Capel. Tholos.

C A P. VIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Solemnitas extrinseca presumitur spatio 10 anno- rum, quando non vertitur in praedium ter- tiy.

Solemnitas extrinseca, † licet regulariter non presumatur, in pluribus tamen casibus limitatur: & primo, vbiunque non continet praedium tertii: nam in eo casu spatio decem annorum presumitur: Si vero alterius praedium comprehendat, 30. vt inquit Alexand. in consil. 1. num. 1. & 20. volum. 4. & in consil. 79. numero 4. & 5. volum. 1. & in consil. 179. num. 9. volum. 7. & in consil. 17. num. 3. volum. 4. & in consilio 113. num. 10. eodem volv. 4. & in consilio 2. 8. volum. 6. & Barth. Socin. in consil. 204. num. 4. volum. 2. & in consilio 270. numer. 2. versicul. confirmata. ex quo eod. volum. secundo. & Bartol. in dicta questione. Mulier habens amplum patrimon. in verbo, solario. num. 2. & Curt. senior in consilio 76. numero 3. & Felyn. in c. Albericus. numero 7. extra de testibus. & in c. sicut. num. 42. extra de senten. & re iudicat. & in cap. illud. num. 10. extra de presumption. & Ias. in l. 1. num. 15. versic. tertio singulariter limita. C. qui admitt. ad bonor. posses. & iterum Ias. in consil. 140. numero 4. & 5. volumine quarto. & in consilio 148. num. 7. eodem vol- lum. quarto. & Paris. in consilio 104. numero 45. vu- mine primo. & Maria. Socin. in consilio 22. numero 13. & 16. cum aliis s. quen. volum. 1. & Bertran. in consil. 194. num. 5. vol. 2. & Corne. in consil. 181. num. 22. volu. 2. & quod presumuntur omnia solemniter acta, tenet Corne. in consil. 94. num. 14. vol. 2. & in consil. 84. num. 3. vol. 4. & Matth. Afflict. in d. l. imperiale, in princip. in 12. notab. vers. vigesimoquarto quero, in tit. de prohib. feud alien. per Federic. & Aymon Craue. in consil. 317. num. 1. vers. & ista opinio. volum. 2. & Gozad. in consil. 73. num. 21. & Grat. in consil. 91. num. 47. & 48. volum. 1. vbi id dicit procedere in praedium tertii: ergo multo magis verum erit inter dictos contrahentes, vel ab eis ius habentes. & idem tenet Grat. in consil. 142. nu. 15. vsg. ad nu. 19. vol. 2. vbi licet loquatur de spatio centum annorum, arguit tamen à maiori in eo casu, & ponit auctoritates 30. annorum & lo-

quitur de Emphyteusi & bonis ecclesiasticis, Pau- linaque solemnitate, & de hoc late tradit Ant. Ga- briel. in suo tract. commu. opin. lib. 1. de presumptio. con- clu. i. num. 1. cum sequen. & Franc. Marci decis. 188. nu. 4. vol. 2. & Decis Pedemon. 171. num. 1. & Berous in consil. 89. num. 2. 4. volu. 1. & patet quod diurnitate temporis presumatur, tradit additio an sing. 12. Mat- theus. vers. vel ultimo. quando. & tradit Bello. in consil. 39. num. 6. & 7. etiam quod tractetur de praedium tertii, d. l. si filius ff. de peti. hered. & in specie quod so- lemnia presumatur in concessione immunitatis, tradit Crotus in d. l. sciendum. col. 6. ff. de verb. obliga. & Cassa in consil. 11. nu. 84. & Bello in consil. 39. nu. 5. 6. & 7. Alexand. in consil. 79. col. 3. vol. 1. vbi vult, vt si aliquis bona ecclesiæ possederit 30. vel 40. annos, nō pos- sit molestari ex eo capite, vt solemnis non fuerit a- lienatio, & ideo dicenti concursum incumbat o- nus probandi, & idem tenet Corn. in consil. 94. num. 14. volum. 2. & August. Berous in consil. 173. nu. 58. volu. 1. & in consil. 92. nu. 4. vol. 3. & Lambert. in tracta. iuris patron. in primo arti. in 6. quest. princ. prima parte. lib. 1. num. 28. & in 3. artic. 9. quest. princ. in prima parte. lib. 6. & Cephal. in consil. 51. num. 27. vol. 1. & Riminald. in consil. 292. num. 85. & in consil. 429. nu. 25. & 26. volum. 2. & Ias. in consil. 54. volum. 1. & Grat. in consil. 117. nu- mero 7. & in consil. 91. numero 48. volumine primo. & Catdina. Albensi. in l. qui in aliena. §. sed si non adierit. ff. de acquir. hered. num. 1.

C A P. IX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Solemnitas non presumitur ex diurnitate tempo- ris, quando ex facie instrumenti aliter appa- reat.

Secundo limitatur dicta conclusio generaliter, vt presumptiones ex longi temporis spatio non presumuntur, † vbiunque aliter, seu quod solem- nitas ex facie instrumenti non interuererit, appa- ret, vt inquit Specul. in tit. locati. vers. nunc aliqua. & Ias. in l. 2. numero 155. C. de iure emphyteu. & Crotus in dicta l. sciendum, numero 25. versicul. ultimo fallit. ff. de verbor. obligat. & Hippoly. Marisi. in singul. 323. & in singul. 436. & Castr. in consil. 202. numero 3. 4. & 5. vo- lum. 1. & Matth. Afflict. in decis. 107. numero 5. & tra- dit Ias. in consil. 148. numero 7. versic. secundo responde- tur, volum. 4. & Menoch. in consil. 1. nume. 203. & de- clarat ibidem, numero 15.

C A P. X.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Solemnitates extrinsecæ presumuntur antiquitate temporis, si earum defectus nunquam fuerit alle- gatus,

Tertiio limitatur illa conclusio, † vt solemnita- tes extrinsecæ non presumuntur, vbiunque carum defectus non fuit obiectus, vel allegatus, vt inquit Afflict. in decis. 107. n. 5. & tradit Matth. in not. 12. dum inquit illam vulgatissimam regulam, qua dicimus extrinsecam solemnitatem in instru-

mentis non præsumi, procedere & locum habere, vbiunque fuerit obiectum: si vero non fuerit obiectum, ferendam esse sententiam, non secus ac si solemnitas illa extrinseca interuenisset: & ideo inquit, si producatur instrumentum, in quo deficiat consensus capituli, sententiam pro producente tale instrumentum ferendam esse, vt habetur in c. ea noscitur, extra de his, qua sunt à præl. & notant. And. & Compostel. & Butr. in c. cum dilectus, extra de consue, & ideo dicitur ibi, in additione, solemnitatem extrinsecā semper præsumi, nisi allegetur, vel opponatur eius defectus, vt inquit Compostel. in c. cum dilectus, extra de consue, per tex. in d. c. ea noscitur. & id sequuntur & commendant Lud. & Alex. in d. l. sciendum. ff. de verb. obl. & Imola post alios in d. c. cum dilectus, col. 7. & in c. in presentia, col. fi. extra de probat. & iterum Butr. & Imola in c. sicut. extra de re iudic. vbi etiam Fel. col. 14. vers. fallit secundo, & tenuit Rota decis. 5. de offic. ordin. in antiquis. & iterum idem Imola in d. c. ea noscitur, col. 5. & si ibidem dicat, id modici esse effectus, ex quo vbi negatur, non præsumitur, sed solum vbi non negatur. Præterea quod extrinseca solemnitas tunc non præsumatur, quando fuit oppositum, alias secus, tenet etiam Lud. Rom. in l. si quis mihi bona. §. iussim. in fin. ff. de acquir. hær. & Spec. in titul. de probat. §. 3. vers. tertio per instrumentum. & Ang. Aret. in § fin. num. 7. Instit. de fidei us. & ita videtur intelligenda gloss. in l. actor. ff. rem ratam habe. dum vult in dubio præsumi decretum iudicis interuenisse, & notat Bar. ibi. col. fin.

C A P. X I.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Solennitas extrinseca præsumitur, quando agitur de actu modici præiudicii factō à viro bono.

Quarto limitatur, † quando igitur de actu modici præiudicii factō à viro bono: Nam tunc solemnitas extrinseca interuenisse præsumitur, vt inquit Innoc. in cap. 1. extra de cleri. peregr. & Felinus in dict. c. sicut, in versic. fallit quarto dicta regula, numero 43. extra de re iudicat. & in cap. peruenit, de emption. & vendit.

C A P. XII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Solennitas extrinseca præsumitur, quando communiter & vt plurimum in actu interuenire solet.

Quinto limitatur, † vbiunque solemnitas extrinseca communiter & vt plurimum in actu interuenire solet: Nam in eo casu interuenisse præsumitur, etiam quod aliter non apparent, vt inquit Ioann. And. in additio. ad Speculat. in titulo de emption. & venditio. paragapho primo, versicul. nunc formam & Oldrad. in consilio ducentesimo decimo septimo super eo.

C A P. X III.

A R G U M E N T U M.

Solennitas extrinseca constante instrumento interuenisse non præsumitur, nisi de ea aliunde constet.

S V M M A R I A.

- 1 Solennitas extrinseca si referatur in instrumento, & sit talis vt ei partes renunciare non possint, non præsumitur.
- 2 Solennitas in l. si. C. de venditio. rei ad ciuit. pertinet. nunc non potest.
- 3 Instrumento standum non est, si faciat mentionem subhaftationis, si eo tempore interuenire non potuit.
- 4 Instrumento solennitatis mentionem facienti creditur, si bene & ordinate referatur.
- 5 Solemnitas instrumentum separatum fieri solet.
- 6 Solemnitas verbis narratiuis vel assertiuis, quando fides non adhibeatur.
- 7 Solenniter acta licet omnia præsumantur ex diutinitate temporis: attamen id non procedit, quando solemnitas scripturam requirit.
- 8 Solemnitas non præsumitur, de qua fit mentio in sententia.

Sexto limitatur prædicta conclusio, † quando de solemnitate extrinseca fit mentio in ipso instrumento: nam in eo casu si aliter de ea non constat, interuenisse non præsumitur: quando scilicet est talis, vt tempore quo actus gestus est, interuenire non potuit, ac etiam quod ei partes renunciare non potuerint. Exemplum enim in l. fin. C. de venditio. rer. ad ciuit. pertinen. ponit potest; vbi habetur solemnitatibus † illius legis renunciari non posse, vt inquit Doctores ibi: & ideo dixit Socin. in consil. 46. numer. 35. volum. 4. quem refert & sequitur Rolan. à Valle in consil. 98. num. 41. volum. 1. instrumento † standum non esse, in quo subhaftationum mentio facta est: cum eo tempore, quo instrumentum conficeretur illa solemnitas interuenire non potuerit, vt voluit etiam Ruin. in consilio centesimo quinquagesimo quarto. num. 10. in fin. cum sequen. volu. 5. & ideo inquit idem Rolan. à Vall. tabellionem diligenter cauere debere, ne in instrumento affirmatiue dicat, omnes consiliarios, vel maiorem eorum partem interuenisse, propterea quod si deinde eorum aliquem, vel maiorem partem non interuenisse apparuerit, instrumentū ipsum falsum redditur, vt voluit Bal. in l. fi. C. sine censu vel reli. fund. compara. non poss. argumen. l. si is, quiidunt. §. verum. ff. de reb. dub. quem sequitur Alexand. leg. inter omnes. colum. 1. in fine. ff. qui satis. cogant. Hanc præterea opinionem iterum tenuit Rolan. à Valle in consilio 15. numero 12. eod. volum. 1. per text. in l. si forte. ff. de castren. pecul. & voluit Socin in consil. 29. colum. 6. volum. 1. & Paris. in consilio 36. colum. 1. vol. 4. & de hac limitatione loquitur Socin. senior in consilio 46. numero 35. volum. 4. Animaduertendum tamen est, eundem Socinum. ibidem numero trigesimo sexto, & trigesimo septimo. videri existimasse huiusmodi præsumptionem à principio, non autem post

post longum tempus oriri: & ideo existimare August. Beroum in consilio 32. numero 4. volumine primo, instrumento & solemnitatis mentionem facienti, tunc tantum credi, si in eo talis solemnitas sit bene & ordinate relata, per ea quae habentur in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Et si consueverit ipsius & solemnitatis contraetus, seu instrumentum separatum fiat, ut inquit ibi Berous & Roland. à Valle in consil. 15. numero 14. volumine primo, & iterum Berous in consil. 48. numero 19. volum. 3. inquit verbis narratiuis & assertiuis, quod solemnitas conciamatio- nis, vel publicationis interuenierit, fidem adhiben- dām non esse, nec credendum eam solemnitatem interuenisse, ob id quod verbis narratiuis vel assertiuis extrinsecæ solemnitatis, quo ad ea, quæ tem- pōre instrumenti & in loco, in quo instrumentum factum fuit fieri, nec expediri potuerunt, fides ad- hibenda non sit, ut voluit Barto. in authent. si quis in aliquo, colum fin. & in l. sciendum, colum. 2. ff. de verbor. obligation, existimans id potissimum locum habe- re, cum est talis solemnitas, cui partes renunciare non possunt: utputa si ad publicum fauorem indu- cta sit: id quod comprobatur ex iis que notat Ab. in cap. quoniam contra, extra de probatio. Illud igitur, quod supra dictum fuit, ex cursu longi temporis omnia presumi solemniter acta: intelligit verum esse quo ad solemnitatem, quæ scripturam non requirit, ut habetur in dicta l. qui in aliena. At secus si scripturam requirat, ut dicunt Ioann. Abb. & Fely. in cap. sicut, in princip. in colum. final. extra dere iudicat. & tradit August. Berous in consilio 48. numero 19. & 20. volumine 3. & Cephal. in consilio 238. numero 16. volumine 2. inquit solemnitatem non interuenisse ex instrumenti inspectione apparere, & declarat Felin. in c. sicut num. 42. extra dere iudicat. Præterea dicitur etiam ad illam regulam quod ex cursu lon- 7 gi temporis & omnia solemniter acta presumuntur, id non procedere in solemnitate obscura quando ex ipsis actis ex ipsoe instrumento, in quo aliquid pro solemnitate scribi debebat, defectus illius solemnitatis appetet, cum nulla melior probatio sit ea, quæ ex inspectione col- ligitur, ut notat Innocen. in cap. proposuisti. extra de probatio. & ita expresse voluit Roman. in consilio 50. & Aretin. in dicto cap. quoniam contra, in fine, versicul. quia superioris. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Cephal. in consilio 238. numero 16. & 19. vo- lumine secundo. Vbi distinguit inter solemnitates quæ seorsum ab instrumento & separatim inter- uenire possunt, alia scilicet scriptura accedente, ut est solemnitas licentia superioris: secus vero de solemnitate necessaria actus tempore, ut est rogitus subscriptionis signi Notarii, & similius: & ut pre- sumatur dicendum esse, propterea quod id verum esse facti evidentia manifeste appetet, id quod di- citur etiam de ea solemnitate, quæ eodem tempo- re interuenire debet, si ex instrumento non inter- uenisse constet: nam tunc non presumi certum est. Præterea, quod quando ex inspectione instru- mentorum constat solemnitatem non interuenis- se, etiam si sit decursum tempus tristinta annorum, & presumptio locum non habeat, late prosequitur Socin. iunior in consilio 56. numero 21. vol. 2. Item o- mittendum non est, eam solemnitatem non pre- sumi, de qua fit in sententia mentio, ut inquit Alberic. de Rosate in lege, quacunque. numero tertio.

ff. de public. Declarat etiam Cephal. in consil. 47. nu. 6. vers. quibus premisſis, vol. 1. videas ibi, quia late tradit.

C A P. XII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Solemnitas mandati nullo temporis spatio presumi- tur.

I

L lud etiam obiter attingendum est, solemnita- tem mandati nullo temporis lapsu præsumi, ut late ex supra dictis colligitur, & tradit Afflict. in de- cis. 368. nu. 8. vers. item allegabatur. vbi expresse inquit, solemnitatem mandati ex cursu temporis etiam mille an- norum, non præsumi, ut voluerunt etiam Bal. & Salyc. in l. 1. C. de bon. alien. non alien. & in l. 2. C. si ex. aff. cau. & tradit Socin. iun. in consil. 46. num. 11. vol. 1. & Fely. late in d. c. sicut, extra de re iudic.

C A P. XV.

A R G U M E N T V M.

Solemnitates in instrumento par- tim relatæ, non inducunt præsum- ptionem quod reliquæ etiam inter- cesserint, de quibus nulla mentio fuit.

S V M M A R I A.

1 Solemnitas extrinseca ex cursu longi temporis non pre- sumitur vbi in instrumento aliqua etiam ver- bus enunciatiis expressa sunt: nam omisso non pre- sumuntur.

2 Solemnitas extrinseca præsumitur, vbiunque de ea fit mentio in instrumento.

Septimo limitatur prædicta conclusio in sole- minitatibus in instrumentis vel actis prætermis- sis: Nam, & ut inquit Gozad. in consil. 84. num. 9. si for- tasse accidat, ut in instrumento vel actis nonnullæ etiam verbis enunciatiis referantur, aliæ vero o- mittantur ita ut de eis nulla in instrumento, vel a- ctis fiat mentio, pro omissis & nullo modo relatis non præsumitur: Sed ex quo non reperiuntur rela- te omisso & non interuenisse cœsentur, quam qui- dem declarationem in quacunque dispositione locum habere arbitratur, ut illud scilicet, quod hoc non dicat dispositio, semper obiici possit, ut tradit Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de testamen. §. 1. & Abb. in consil. 160. vol. 1. & Soc. senior in consil. 62. vol. 3. Casus autem omissus remanet in dispositione iuri- ris communis. l. commodissime. ff. de liber. & posthum. & l. si cum dotem ff. soluto matrimonio. Præterea hanc conclusionem sequitur iterum Socin. senior in consil. 29. numero 20. volumine primo. & est clarissi- ma conclusio, solemnitatem extrinsecam, de qua non fit mentio in instrumento non præsumi, & si possibile sit, ut eo tempore quo actus gerebatur, interuenierit: & etiam si esset talis, cui partes renu- ciare potuissent, d. l. quecumque. ff. de public. & firmat Ludouic. Ponta. post alios in dicta l. sciendum, in 3. qua- stio. ff. de verborum obligation. & præsertim si est talis, ut tempore actus gesti non potuerit interuenire. hæc conclusio, ut ipse ait, probatur per textum in l. si forte.

si forte ff. de castr. pecul. & notatur in simili, in l. si donatione. Cod. de collatio. vt latius ibi per eum. Hanc præterea conclusionem sequitur August. Berous in consilio 124. numero vigesimo. volumine primo, exemplificando in decreti auctoritate ac tutorum, per ea quæ voluit Bartol. & sequuntur alii in dict. auctoritate, si quis in aliquo capitulo in dicta legi sciendum, & tradit Felinus & sequuntur alii in cap. sicut, extra de re iudicat. solemnitas namque decreti à partium potestate & auctoritate non pendet, sed aliorum: & ideo tempore alienationis seu contractus interuenire non potest, cum alienationem præcedere debat, ut habetur toto titulo de rebus eorum, & toto titulo. Cod. de prediis minor. & notatur in capit. primo. de rebus eccl. non alien: in 6. † Contrarium tamen quod mentio facta solemnitatis in instrumento fidem faciat, voluit Felinus in dicto capit. Albericus numero 7. extra de testibus, & in dicto capit. sicut, numero 31. versiculo fallit primo. extra de sentent. & reiudica. vbi loquitur, cum de ea in instrumento enunciatiæ mentio sit, & tradit Gozadi. in consilio 84. numero none.

C A P. XVI.

A R G V M E N T V M.

Solennitas extrinseca non præsumitur, vbi extant indicia in contrarium.

S V M M A R I A.

1. Solennitas extrinseca non præsumitur, vbi indicia contrarium suadent.
2. Locus cum est in forma ecclæ, præsumitur constructus licentia & auctoritate episcopi.

Octaudo limitatur illa regula, † quod solemnitas extrinseca non præsumatur, vbi cunque aliqua extant indicia, qua contrarium suadent, vt inquit Alexand. in consilio 319. numero 15. volumine 6. vtpūta exempli gratia, cum quis diu sciente & patiente diocesano, se pro ecclæ rectore gessit, & voluit Ioann. And. in capit. illud. extra de præsumptio. & in capit. secundo, de regulis iuris, libro sexto. & latius tradit idem Ioan. And. in officijs, extra de testam. prout etiam exempli gratia dici potest, † si locus aliquis in forma ecclæ constructus sit, & ibi à sacerdotibus diuina officia celebrentur: Nam ob id quod talis locus, vel oratorium licentia & auctoritate episcopi constructus vel constructum fuerit, dicendum & præsumendum est, vt inquit Archidiaconus in capitulo nemo eccliam. de consecration. distinctione prima, argumento capitulo quod interrogasti, 27. distinction. & capit. quem progenitores, 20. questio prima & cap. inducat. 27. questio prima & tradit Federic. Senensis in consilio centesimo trigesimo. & late Imola in dicto capitulo, officijs, in principio versicul. iuxta prædicta posset queri, extra de testimoniis.

C A P. XVII.

A R G V M E N T V M.

Solennitates extrinsecæ præsu-

muntur in actis coram principe celebratis.

S V M M A R I A.

1. Solemnitas extrinseca præsumitur, si acta apud Principem celebrata sint.
2. Solemnitas extrinseca præsumitur, si instrumentum à prouidis & honestis viris confectum sit.

Non olimitatur prædicta conclusio, † & solemnitatem extrinsecam præsumi dicendum est, si acta à Principe sint celebrata, vt inquit Cardinus Albensi. in rubr. primæ constitutionis Digestorum, ac etiam si à probis honestis & circumspectis viris gesta sint: quandoquidem in eo casu semper rite ac recte confecta præsumuntur: & ideo dixit Abbas Panormitanus in capit. nisi esent, extra de prebend. quod licet magis communis sit conclusio: vt solemnitas extrinseca non præsumatur † eam tamen in actibus & instrumentis ab huiusmodi viris celebratis & gestis interuenisse præsumendum & dicendum esse, vt voluit Socius in consilio 64. column. 2. volumine primo. & Felynus in cap. final. colum. 15. extra de conflitut. & ideo inferendo ad donationem Constantini inquit, in quibusdam personis maior honestas, probitas & prouidentia, quam in beatissimo Siluestro & in Serenissimo Constantino, religiosissimis viris considerati & esse poterat: Hanc eandem limitationem sequitur Riminaldus senior in consilio 158. numero 16. volumine primo. vbi vult pro laudo, vti pro sententia præsumi: & præsertim vbi arbitratores sunt prouidi & honesti viri, per textum, in cap. nisi. extra de prebend. & tradit Imola in cap. primo extra de cleri. peregr. asserens ordinatum à prouido & honesto viro præsumi alios quoque præcedentes ordines habere, vbi etiam dicit Abb. esse præsumptionem solemnitatis extrinsecæ propter honestatem viri gerentis actum, vt ibi latius prosequitur Riminaldus.

C A P. XVIII.

A R G V M E N T V M.

Solennitas extrinseca præsumitur, stante mendacio.

S V M M A R I A.

1. Solemnitas extrinseca propter mendacium præsumitur.
2. Solemnitatem extrinsecam non interuenisse negans, si conueniatur opponere non potest.
3. Mendax auxilium defectus solemnitatis non implorat.

Decimo limitatur in mendace, nam stante mendacio † solemnitas etiam extrinseca interuenisse præsumitur, vt inquit Crott. post Bald. & Aret. quos ipse refert in d. l. sciendum, colum. 5. numero 20. prope finem, vers. quartus casus est, & ibi etiam latius Ias. colum. 8. vers. sexto limita ff. de verbor. oblig. & refert Ioan. Cephal. in consilio 171. nume. 57. vol. 2. exempl.

exemplum enim ponunt, si fortasse aliquis in positionibus donationem negauerit, quæ tamen deinde instrumenti productione probetur, & ideo negotio conuicta sit: quo fit ut onus probandi donationem solemnem non esse, in aduersarium translatu sit, ex quo illud ob mendaciū solemnitas etiam extrinseca præsumitur, quæ alioquin non præsumeretur: expresse enim in locis supra deductis cōcludunt negantem † si conuinatur, solemnitatis extrinsecæ defectum obicere non posse: quoniam mendax auxiliū defecitus † solemnitatis implorare non potest, comprobatur hæc limitatio per tex. in l. si. ff. de rei vendie. & per text. in l. sed si. §. quanquam. ff. quod cum eo, & tradit Bart. in l. si. dubitetur. §. ita de num. C. de fideicommiss.

C A P. XIX.

Argumentum est in Summatio.

S V M M A R I V M.

1. Solemnitas extrinseca, que apponi consuevit, præsumitur.

VNdecimo limitatur † in ea extrinseca solemnitate, quæ apponi consuevit, ut limitat & declarat Aret. in c. 1. col. 4. extra de iudic. per tex. in d. l. si. C. de fidei usq. Fel. tamen in c. sicut, col. penult. extra de re iudic. hanc limitationem non admittit per tex. in d. l. quacunque. §. si. Verum Crotus in d. l. sciendum, nu. 20. vers. vltimus casus ff. de verb. oblig. referens hanc Are ti. limitationem dicit, nec Fel. nec Pap. licet reproben t Aret. limitationem, eius tamen argumento non respondere: & ideo ipse respondet, regulam Aret. procedere in iis, quæ sunt de forma contrac tus, cum sine illis actus non sit, ut voluit Ioann. And. in tit. de instru. editi. §. instrumentum, versic. quid hæ contractibus, in additio. ad Specul.

C A P. XX.

A R G V M E N T V M.

Solemnitas extrinseca in substancialibus locum non habet ut præsumatur ex cursu temporis.

S V M M A R I A.

1. Solemnitas formalis extrinseca non præsumitur, licet secus sit, si sit solemnitas substancialis.
2. Solemnitas substancialis, que dicatur.
3. Forma que statuitur actui faciendo, differt ab ea que tribuitur actui factu.

Duodecimo limitatur præcedens conclusio, dum dicebamus, solemnitatem extrinsecam ex cursu temporis præsumi, in solemnitate † substanciali locum non habere, quæ tituli iustitiam respicit, & si in solemnitate formalis locum habeat: cū enim de solemnitate formalis extrinseca tractamus, ea temporis etiam diuturnitate, & longi temporis cursu, huiusmodi solemnitatem non præsumi existimarent, ut late habetur in Decis. Pedemon. 171. numero tertio, & voluit Thom. Grammat. in decis. 79.

nu. 14. & Crauet. in tracta. de antiqua. tempo. par. 3. in princip. num. 22. & sequen. post Alex. Deci. & alios ab eo relatos, & late prosequitur Brunus in tract. de for. & solemn. in ant. de probatio. & præsumpti. form. & solemn. column. 9. versic. vndeclimo est aduentum. Vbi inquit formam seu essentialem solemnitatem nunquam præsumi; & ratio est, quia ipsum factum, non facti solemnitatem præsumi diceretur. Substantialis autem solemnitas ea dicitur, quæ tempore cōtractus exigitur, & accedere debet, ut habetur in de cis. Pedemontana 164. num. 9. & tradit Guiliel. de Benedict. in c. Rainutius. versic. in eodem testamento, num. 24. & sequent. extra de testamen. & latissime Brunus in d. tract. de forma & solemn. versi. quando aliquid censemur tradi pro forma, column. 1. & 2. & Guiliel. à Perno. in consilio 4. numero 12. & sequen. . . . Post Bal. in leg. eos. §. apostolos, & in l. hi. qui ad ciuilia. Cod. de probatio. † vbi ponit differentiam inter formam quæ statuitur actui faciendo. & eam quæ actui facto statuitur. & de hoc est lata & copiosa apostilla ab Abb. in cap. cum dilecta, num. 12. in verbo, forma. extra de rescript. & facit illud, quod dicit Hibernia in tit. de prohibita feu. aliena. §. præterea si inter duos, colum. 1. versicul. sed quid si dominus. & sequitur Felin. in cap. quoniam frequenter, colum. 4. versic. limita quinto, extra ut lite non coteftat. & in c. 2. num. 1. extra de testibus, & in d. c. cum dilectus, extra de rescript. & voluit etiam Bertachinus in tract. de Gabel. in tertia parte 8. par. principalis. id quod tunc potissimum procedit, quando qualitas & solemnitas pro forma actus, vel ad iuris rigorem conser uandum data & introducta est, prout in casu decreti dici potest, argumento eorum quæ copiose scribit Fel. in c. causam. il 1. num. 6. & 8. & in c. nouit, num. 1. post Abba. ibidem, num. 4. extra de iudic.

C A P. XXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Solemnitas, quando dicatur actum precedere.

Quoniam nonnulla variis in locis Italæ ac etiam extra Italiam, quæ solemnitatem ab eis inductam præcedere volunt: merito ut sciamus, an ea quoque præsumatur: quædam pro eorum declaratione dicenda sunt: cum illa solemnitas in actu dationis in solutum interuenire non dicatur, sed ipsa dationem vel adjudicationem præcedere debeat: & ideo nonnulla statuta dictio ne prius: vti solent, ut clarius ostendant, huiusmodi solemnitatem præcedere debere, ut in falatius dicemus.

C A P. XXII.

A R G V M E N T V M.

Solemnitas ita obseruanda ut antea ad actum deueniri non possit, ea non obseruata vitiatur actus.

S V M

S U M M A R I A.

- 1 Solemnitas siue intrinseca, siue extrinseca, si præcedere debet: actus si non præcesserint, est ipso iure nullus, nec præcessisse presumitur.
- 2 Solemnitas si post actum adhibenda est, non reddit actuum ipso iure nullum, si omittatur, sed à iudice annullatur vel exceptionis ope.
- 3 Scriptura specialis si requiratur, illa omissa actus est nullus.
- 4 Tempus congruum & locus requisitus in obligatione, notificatione & protestatione si non interueniat, non subsistunt.
- 5 Exemplo sumpro si iudicis auctoritas requisita non interuenit, tanquam non legitime sumpto fides non adhibetur.
- 6 Solemnitas interualli temporis trina denunciationis, si eodem tempore & eadem voce fiant, non proficit.
- 7 Oblatio pecunia vt à debitore creditori legitime fiat, ad pignorum distractionem impediendam, vt in iudicio fiat, necesse est.
- 8 Solemnitas si à lege vel statuto requiratur, post actus celebrationem eius omissione non reddit actuum nullum ipso iure, sed annullandum à iudice, vel ope exceptionis.
- 9 Solemnitas conficiendi actuū si prius ab una constitutione introducta sit, & quis antea ab alia constitutione conficiendi eundem actuū facultatem habuerit illius modi omissione ipso iure actuū non vitiat.
- 10 Solemnitas nulla formalis post actum dari potest.
- 11 Solemnitas si qua post annum requiratur, effectualis appellatur.
- 12 Donatio ante insinuationem donatio est, sed insinuatio.
- 13 Testamentum usurarij manifesti nisi cautio idonea prefetur, est irritum & inane.
- 14 Statutum si gabellæ solutionem requirat ante perfectam petitionem, alioquin processus non valeat, actus ipso iure est nullus, quia solemnitas requiritur ante factum, vel de m' actus est in fieri.
- 15 Clausulam annullatiuam apponere, valde vtile est.
- 16 Solemnitas qua de substantia actus dicatur.
- 17 Decretum annullatiuum solum efficit, vt solemnitas sit formalis, non substantialis.
- 18 Solemnitas non dicitur illa, qua debet fieri post actum.

STANTIBUS itaque statutis prædictis solemnitatem inducentibus & dicentibus ea prius seruata, t'ad actuū conficiendum deueniendum esse: concludendum videretur, vt ea non obseruata actus ipso iure nullus sit: At si esset talis solemnitas, qua post actuū fieri deberet vel posset, actus nullus ipso iure non esset, sed annullandus à iudice vel ope exceptionis, vt inquit Rom. in consil. 203. num. 8. & tradit Bello. de nobilibus in auth. ex causa, num. 22. C. de liber. præter. & notatur in l. cum hi §. si prætor. ff. de transactio. & in l. qui Roma. §. Flavius ff. de verb. oblig. & l. non dubium, cum similibus. C. de legibus. & tradit Matth. afflic. in decis. 355. num. 6. dicens solemnitatem formalem actuū præcedere oportere, ita vt si ex interuallo subsequatur, actus non valeat. Quod autem quando debet præcedere vel requiri in ipso actu: si non obseruetur, actus sit ipso nullus, ex pluribus concludenter demonstratur: Et prima ex vulga-

ta regula, qua dicimus, solemnitatem omissam que in ipsius actus celebrationē requiritur, eum nullū atq; illegitimum reddit, authe. hoc ius porrectum. C. de sacro sanc. eccl. & d. l. cum hi. §. prætor. ff. de transactio. & l. hac consultissima, & l. cum antiquitas. C. de testam. & l. obligari. §. tutor. ff. de author. tuto. & l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de testam. & satis concludenter probatur in leg. 2. Cod. de conuenien. fisci debito. lib. 10. Vbi expressum est, + speciale scripturam, in eius confectione alicuius certi Tabellionis sub notationem vel subscriptionem requirentem, ea omissa scripturam nullam esse, quemadmodum etiam videmus in obligatione, notificatione seu protestatione, hæ. n. cū in confectione + congruum tempus locumq; requirant, si omittantur, illegitima & nullæ redunduntur, l. si soluturus, & l. creditor. ff. de solut. & l. oblatione, C. eo. tit. & l. mora. ff. de usur. Præterea hoc etiam argumento probatur. Instrumentorum originalium exemplum nisi iudicis requisita auctoritas interuenerit, illegitimum est, & ideo non probat, nec fidem facit. §. in auth. vt fratribus filij, & c. fi. extra de fide instrum. & notatur in cap. Abbe, extra de verbo. signifi. & in auth. si quis in aliquo C. de eden. & l. chirographus. ff. de admini. tuto. & l. 2. ff. de fide instrum & l. publicati. C. de testam. & facit illud quod in eis plene notatur, & est etiam glo. in l. si conuenit. ff. de pign. actio. Vbi habetur solemnitatem temporis + interualli, trinam denunciationem requirentem, si eodem tempore eademq; voce fiant, non subsistere. Plurimum etiam ad rem propositā faciunt ea. qua notant gl. in l. si post. C. de distract. pigno. & in l. si rem. §. fi. ff. de pign. actio. vbi expresse habetur, ad hoc vt oblatio + pecunia à debitore creditori legitime fiat ad pignorum distractionem impediēdam, vt iudicio fiat opprere. At vero + si solemnitas à lege vel statuto post actus confectionem requiratur, eius omissione actuū ipso iure nullum non reddi, sed vt diximus supra à iudice annullandum, vt saltem ope exceptionis, vt inquit gl. ordinaria. quam ibi approbat Bar. & sequitur Bal. in l. universa. C. de preci. Imper. offer. & rursus ibinem Bart. in l. ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. & in l. filio præterito. in fin. ff. de iniusto. rupto. irrito que facto testam. & Bal. in l. ambiguitatem. C. de testam. idem quoque confirmat alia glo. ordinaria & singularis in clemen. l. de iure patro. dum vult, vt si noua + constitutio in actus conceptione, quandam modum constituat, & eiusdem actus quis prius conficiendi ab alia constitutione facultatem habuerit illius modi omissionem, actuū nullo modo annullare: & si in effectu sit annullandus. Hanc præterea conclusionem videtur satis concludenter confirmare Ang. in consil. 36. num. 2. dum præsupponit, post actuū + nullam formalem solemnitatem dari posse: cum post actuū iam formatum & in esse deductum adhibeatur. & ideo inquit, si fortasse vila post actuū inductum requiratur + solemnitas, eam (vt eorum verbis utr) effectualem appellari, ob id quod aetui iam facto & in esse deducto robur ac validitatem tribuat exemplum huius rei optimū ex donatione, qua insinuationem requirit, sumi potest. Ante enim + insinuationem donatio est, sed inualida, propterea q; n. si insinuerit effectū donationis nō sortitur, nullasq; vires habet. l. sanctius. §. sin autem C. de donat. ibi. sed hoc pro nou scripto, vel intellecto esse credatur. Exemplum præterea aliud in testamento manifesti usurarii

13 usurarii ponit potest, propterea † quod nisi idonea cautio præstetur, irritum est & inane. c. quanquam de usur.lib. 6. & licet vtrunque à principio, tam scilicet donatio, quam testamentum valuerit, irreuocabiliter tamen & cum effectu non valuerint, propterea quod eorum validitas & robur à futuro pèdet euentu, cautionis scilicet, vel insinuationis. Plane si sequatur insinuatio, donatio, & præstita cautione testamentum, nisi aliud adsit impedimentū, robur & validitatem consequuntur, sitque vtrunque irreuocabile. d.l. publicati. C. de testam. Hanc eandem conclusionem sequitur Cephalus in consil. 171. num. 17. vol. 2. dum inquit, solemnitatem, quæ post actum factum requiritur, actum ipsum non vitia-
re: & ideo ad statutum † inferendo inquit: si statutum ante porrectam petitionem gabellæ solutionem exigit, alioquin processus non subsistat, atque ipso iure nullum esse; ratio autem est, quia solemnitas prædicta vel ante factum (vt supra dicebamus) requiritur vel saltem dum actus inesse deducitur: & ideo si talis solemnitas omittatur, actus qui geritur, ipso iure est nullus: quo sit, inquit Bal. satis prodesse, si clausula semper annullativa † apponatur: Loquitur namq; ibi de statuto, quod vltius actum annullando procedit, & tamē distinguit inter solemnitatem requisitam tempore actus, & eam quæ post actum requiritur. Hanc conclusionem sequitur etiam Brunus in tract. de forma, sub rubric. Quotuplex est forma & solemnitas, vbi formam substantialem ab accidentalis distinguit: & 16 eam inquit de actus substantia † esse, quæ cum ipso actu dum conficitur concurrit: non autem post actum inesse deductū adhibetur. Vnde dicunt Do-
ctores decretum † annullativum: solum efficere, vt solemnitas sit formalis, non autem substantialis: nisi solemnitas actus tempore ex necessitate interueniat, vt late tradit Cephal. in d. consil. 171. num. 10. cum multis sequentib. vol. 2. & ideo redeundo ad statuta, de quibus supra loquebamur, cum præsupponamus eisdem disponi, vt quedam solemnitas in solutum dationem vel adiudicationem præcedat, vtique si obseruata non sit, dationes in solutum vel adiudicationes inde emanantes nullæ erunt, & si in dictis statutis clausula annullativa adiecta non sit, non est igitur modici effectus quod ipsa solemnitas præcedere debeat, vel saltem in ipsa actus celebratione adhiberi, vel post actum inesse deducendum accedere. Nam, vt inquit, Corne. in consil. 71. num. 22. vol. 2. illud, quod † post actum fieri debet, solemnitas non dicitur, prout voluit etiam Bald. post Butrium in l. si tutor, in fin. C. quibus caus. restit. in integrum non est necessar. & Imola in cap. cum in causis, extra de testib. Concludendum igitur est omissionem statutarie solemnitatis vel legis, seu etiā modi, à statutis vel legibus induceti actum etiam fauorabilem nullum reddere, vt inquit Calcan. in d. consil. 25. num. 14. per text. in d. l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verborum obligationib. & notat Bald. in l. si testamentum. C. de testament. Imo nihil inquit esse imminutandum, vt notat Bald. in l. 1. & 2. ff. de liber. & post hum. & presentim, quia solemnitates statutarie nec tacite, nec expresse actui inesse dicuntur, & ideo sunt de forma, vt dixit Baldus in l. eum qui. §. filius familias. ff. de acquirend. hereditat. cum aliis multis concordantibus, qui breuitatis causa prætermittuntur.

C A P. XXIII.

ARGUMENTVM.

Statutum inducens aliquid noui cum modificatione formam inducit.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitas prædicatorum statutorum, an dicatur substantialis, & quod etiam non presumatur.
- 2 Forma substantialis dicitur, quando statutum aliquid noui cum quibusdam modificationibus inducit.
- 3 Forma substantialis maxime dicitur, quando qualitates conditionaliter in ablative ponuntur.
- 4 Ablatiui conditionem denotant.
- 5 Verba illa, si tamen, & casu, quo conditionem denotant.
- 6 Conditionem denotant etiam illa verba, non aliter, nec alio modo, & num. 13.
- 7 Verba, non aliter, nec alio modo, adeo naturam præcisam habent, vt modificatio aliqua, vel interpretatio à verbis separata non admittatur, & idem dicitur de illis verbis, penitus, nullatenus, & nullo modo.
- 8 Statutum vel lex, quando aliquid fieri prohibent, nisi quodam modo, formam inducunt.
- 9 Formam quando dant lex vel statutum, semper praecisa esse intelligitur.
- 10 Contractus est ipso iure nullus, vbi cuncte lex, vel statutum remouent potentiam à contractu.
- 11 Contractus nullam producit obligationem ciuilis vel naturalem, quando lex vel statutum ei resistunt.
- 12 Actui statutum vel lex resistere dicuntur, quando mandant formam aliquam seruari.
- 13 Statutum dicitur prohibituum solemnitate non servata.
- 14 Qualitates vbi aliqua pro forma sunt seruande, eas tempore venditionis vel dationis in solutum intervenisse constare debet.
- 15 Solemnitas ab eo qui eam allegat, probanda est.
- 16 Forma substantialis in dubio presumitur.

V Idendum successiue est, † an forma statutorum, de quibus supra diximus, substantialis sit: quæ etiam ex hoc capite non presumitur, vt supra satis copiose dictum est, & infra etiam in ultimis verbis huius capituli dicetur: breuiter igitur procedendo, quod substantialis sit, dicendum est, vt habetur in d. decisi. Pedemontana 171. num. 11. & ratio est, quia cum statutum noui aliquid inducit, quibusdam tamen modificationibus: quicquid exprimit & disponit † pro forma substantiali expressum & dispositum esse censetur, vt concludit Dec. in consil. 438. num. 1. & 2. & in consil. 455. num. 7. & in consil. 528. in fin. & in consil. 132. num. 2. post Petrum Anch. in consil. 242. in fin. & Aymon Cratet. in consil. 182. nu. 10. post eundem Anch. & idem voluit Soci. in consil. 92. vol. 4. Id autem tunc potissimum procedere dicendum est, quando prædictæ qualitates † conditionaliter proponuntur, quod tunc maxime accidit; cum statuta ablatiis absolutis vtūtūr: vtputa, hac prius solenitate seruata. Nam † huiusmodi elocutio conditione denotat. l. ab emptione. ff. de pact. & l. à testatore. ff. de condition. & demonstration. & tradit Decius in consilio 466. numero 18. & sequentib. & in consil. 532.

num. 4. & in terminis præmissis, quod quando statutum vtitur ablatius absolutis, formam substantialem inducat, tradit Gozad. in consil. 3. num. 22. & Aymon Crauet. in consil. 182. num. 9. in fin. & late Rypalib. 10. responf. cap. 9. nu. 1. & 2. Id quod dicendum quoque est, si statuta illis verbis vtantur, si tamen, & calu quo, &c. ea namque verba non minus conditionem denotant, vt inquit Bart. in l. 1. col. 1. ff. de condit. & demonfr. & ideo formam inducunt, quam oratione obseruandam esse tradit etiam Bald. in authent. matr. & auie. C. quand. mul. offic. tutel. fung. poss. quem refert & sequitur Felin. in cap. quod ad consulationem, num. 12. versic. & vltra cum adduco, extra de sentent. & re iudic. & Neuiz. in consil. 87. num. 5. & 6. Pariter etiam idem dicendum est, si illis verbis vtantur, videlicet & non aliter, vel alio modo, ea namque non minus conditionem inducunt, præcisamque formam. l. fin. vbi gl. quam sequitur Bart. C. de vend. rer. ad ciuit. pertinent. lib. 11. & iterum Bart. in l. de his, versic. præterea. vbi Ias. col. penult. num. 10. ff. de transact. & in consil. 4. col. penult. vol. 1. & late in consil. 86. num. 6. vol. 3. & Felin. in c. que in ecclesiistarum, num. 85. & in c. eum accessissent, num. 8. extra de constir. & in c. cum dilecta. col. 8. versic. septimum signum, extra de rescript. Huiusmodi enim verba restrictiva sunt, vt ait Paris. in consil. 18. num. 6. & 7. vol. 1. Imo etiam illius dispositionis, in qua ponuntur, annullatiua, nisi in ipso actu qualitates omnes præcedentes & requisitæ concurrant, vt inquit Tiraquel. in tract. de vtre que retract. in tit. de retract. lignagier. §. 8. versic. in ver. aultrament. & in tit. de retract. conuentio. §. 4. versic. in main. de couert. num. 14. & Gozad. in d. consil. 3. nu. 23. & Paris. late in consil. 19. num. 13. & seq. vol. 2. & Lucas de Penna in l. vbi cuncte, col. 3. C. de proxim. sacro. scrin. lib. 12. & Decius in consil. 61. num. 2. dum inquit, prædicta & verba adeo præcisam naturam habere, vt modificatio aliqua, vel à verbis separata interpretatio non admittatur, vt voluit etiam Gratus in consil. 52. num. 35. & sequent. vol. 2. & Natta in consil. 372. num. 5. Præterea idem quoque de dictione penitus, nullatenus, nullo modo, & similibus dicendum est: nam actus nullitatem inducunt, idemque operantur, quod decreti clausula annullatiua. l. fin. num. 25. & 26. ff. defer. & tradit Socin. in consil. 21. num. 4. vol. 1. & iterum Decius in consil. 50. num. 1. & Neuiz. in d. consil. 87. num. 13. vbi post gloss. in l. si quidem. C. de except. vbi Curt. & Ias. & Brunus in tract. de form. & solemn. versic. quando aliquid censeatur datum pro forma, num. 5. 6. & 8. dum concludit, quod quando lex vel statutum & aliquid fieri vetat, nisi quodam præcedenti modo & forma formam inducit: quo sit vt licet vltierius annullando non procedant, actus tamen tali forma no seruata gestus nullus sit, id quod sequitur etiam Leonardus in consil. 114. num. 483. in vol. consil. feud. diuers. Plane quando lex & vel statutum formam inducunt, semper præcilla intelligitur, & ita vt forma prædicta non seruata, semper actus sit nullus. d. l. fin. & ibi glos. C. de vendi. rer. ad ciuit. pertin. lib. 11. & Alexan. in consil. 50. num. 4. vol. 5. & Afflict. decis. 355. num. 4. & seq. & Ias. late in l. sed et si quis. §. quasitum. num. 24. ff. si quis cautio. in l. Gallus. §. quidam recte. num. 1. ff. de liber. & posthum. vbi notat conditiones extrinsecas a lege impositas, formam necessariam inducere, vt ait Felin. in c. 2. col. 2. versic. tertio notabiliter, extra de testib. & in cap. fraternitatis, num. 12. eodem tit. & in d. cap. dilecta, versic. secundum

signum, extra de rescript. & Bald. in tit. que sit prima causa benefic. amitten. vbi expresse loquitur de f. vera horum verborum, non aliter, nec alio modo, significacione, & tradit Decius in d. consil. 61. num. 2. & in consil. 226. num. 2. & Socin. in consil. 251. num. 4. & Praeposit. in cap. imperiale, col. 5. num. 6. in tit. de prohib. feud. alien. per Federic. & alii plures, quos refert Tiraquel. in tit. de retract. & in locis suprarelatis, & Paris. in consil. 92. num. 18. & sequent. vol. 3. & Sebast. Vantius in tract. nullitat. in tit. de nullit. ex defectu process. num. 55. Hincque procedit illud, quod notat Bald. in tit. de allodiis, nu. 17. in fin. dum inquit, quod quotiescumque & lex contractus potentiam remouet, contractus est ipso iure nullus. l. si no sortem, in prin. ff. de conduct. indeb. & l. à Diuo. ff. de ritu nupt. & l. cum lex. ff. de fidei usq. vbi Bart. col. 10. cuius opinionem inquit esse communem Castren. in decis. 5. num. 1. post Abb. in cap. cum contingat, col. 2. extra de iure iurant. vbi etiam tradit. Alexand. num. 3. & Calca. in consil. 27. num. 10. concludentes, quod vbi lex & actui resistit à principio: tunc actus illi, vel contractus nullam ciuilem, vel naturalem obligationem producunt, id quod etiam expresse notat Bart. in l. de his, num. 1. ff. de transallion. & Vantius in tract. nullitat. in tit. de nullit. sentent. ex defectu seu inhabilit. manda. num. 53. & quod statuta in casu proposito & resistant alienationi, vel dationi in solutum, ex eo patet, quod dant dictam formam, & eam obseruari mandant: quandoquidem præsupponimus in illis huiusmodi verba haberi, videlicet vel hæc tamen prius, solemnitate seruata, vel alios ablatios calus continete: vel illam clausulam, non aliter, nec alio modo: vel illa verba penitus, nullatenus, nullo modo, & similia, vt supra late dictum est. Plane illa solemnitate, vel qualitate non seruata, statutum prohibitiuum dicitur, vt inquit Felin. in c. 2. num. 1. in fin. extra de testib. cum igitur prædictæ qualitates pro forma introducta sint, & illas interuenisse temporis reversionis, vel dationis in solutum constare debet, argumento eorum quæ notant Bart. Bal. Ioan. de Platea & alii Sribentes, in l. 1. C. de præd. decurio. fine decret. non alien. lib. 10. Nam & solemnitas ab eo, qui allegat probanda est, vt inquit Alberic. in l. in criminalibus. §. si quis dicatur. num. 1. ff. de question. Hæc & igitur forma substantialis in dubio præsumitur, vt inquit Bald. in l. comparationes, in 3. oppositione. C. de fidei instrument. quem refert & sequitur Felin. in d. cap. quod ad obseruationem, num. 12. versic. facit dictum Bal. extra de sentent. & re iudic. & Decius in consil. 100. num. 6. & in d. consil. 466. num. 12. & in d. consil. 434. num. 1. & in d. consil. 403. colum. 2. & 3. & Matth. Afflict. in titulo de feud. non haben. propr. natu. feud. numero 9.

C A P. XXIV.

Argumentum constat ex Summario.

S U M M A R I U M.

1. Solemnitas vbi cung. requirit scripturam, non præsumitur ex cursu temporis, siue scripture inspectione de ea non constet.

D E cimoquarto limitatur, ad rem nostram redeundo, præcedens conclusio, vbi cung. solemnitas scripturam requirit: ea namq; in eo casu ex cursu

cursu temporis non præsumitur, vt inquit Abbas in cap. sicut, num. 22. & 29. vbi Felin. num. 39. versic. fallit, extra de re iudic. & tradit Ripa in l. i. num. 104. ff. sol. matrim. & Aymon Crau. in tract. de antiquit. temp. in tertia & ultima sectione, in fin. num. 40. † Vbicunq; enim ex scripturæ inspectione de solemnitate non constat, ea non præsumitur, & præsertim quando scripturam requirit, vt inquit Crotus in d. l. scendum, num. 26. ff. de verb. oblig.

C A P. XXV.

A R G V M E N T V M.

Solemnitas leuis omissa, non vitiat actum.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitatis leuis omissione actum non vitiat.
- 2 Minima non sunt in consideratione, & de eis non curat prætor.
- 3 Solemnitas leuis non vitiat, etiamsi à statuto inducatur.

Conuenite prædictis satis videtur, vt hoc loco illos casus prosequamur, in quibus † solemnitatis omissione actum non vitiat: quandoquidem cum supra tractatum sit, solemnitatem omnino esse seruandam, alioquin actum vitiare, in quibus casibus si omittatur, non vitiet, referre quam oportunum hoc loco videretur. Primo igitur loco dicendum est, leuem solemnitatem, si omittatur, actum non vitiare. l. leua, vbi tradit Bart. & sequuntur alii. ff. de accus. & probatur in authen. nisi breuiores. C. de sentent. & interloc. & tradit Felin in d. cap. cum dilecta, in 10. ampliatione, extra de rescript. & tradit Paris. in consil. 20. num. 18. vol. 4. & sequitur Socin. iun. in consil. 2. 37. num. 13. vol. 2. iuxta illud, † de minimis non curat prætor. l. scio. ff. de in integr. restit. & l. omnino. ff. de impensi. in reb. dotal. factis. & in l. i. §. sed sciendum. ff. de edict. edicto. tum etiam quia dici solet, † leuis solemnitatis omissionem actum non vitiare. l. i. §. fin. vbi ita sumat Bart. ff. de ventre inspiciens. & tradit Socin. sen. in consil. II. num. 4. vol. 4. & Card. Alben. in l. i. §. quod autem. num. 1. eod. tit. & id etiam in leui statutaria solemnitate locum habere videtur, vt notatur etiam in l. hac consultissima. C. qui testament facere poss. & Ruin. in consil. 137. num. 7. vol. 1. Hanc præterea conclusionem veram & communem esse inquit Ias. in consil. 26. num. 2. vol. 1. quod scilicet leuis solemnitatis omissione actum non vitiet, per ea que firmant omnes in l. fin. §. 1. C. de iure deliber. exceptio tamen Raphaele Fulgosio ibi, & in procœmio. C. in 2. col. qui aliter intellexit illum tex. Hanc quoque opinionem tenuit fin. quam sequurus est Salyc. in l. remi non nouam. C. de iudic. & notariter um Bart. in Auth. vt preponat nomen imperat. & in l. si quis ex argentariis. §. si initium. col. 4. versic. primo dixi. ff. de eden. & in l. fin. in princ. & ibi notat Alex. col. fin. C. de iure deliber. & rursus Alex. in Rub. col. 4. ff. de oper noui nunciat. & Alciat. in consil. 446 num. 1. & Felin. in cap. quoniam contra extra de probation. & Abb. in cap. 2. extra de probat. & Aret. in l. i. §. fin. ff. de verborum obligat. & et ratio, quia in illis statutis simplici dicto iplius iudicis. cap. si quis cum clero. 11. quest. 1. & Bart. tradit. in authent. nisi breuiores. C. de sentent. & breuit. recit. & voluit Rinald. in consil. 359. num. 38. vol. 2. Leuem præterea

esse solemnitatem ex eo appareret, quod saluum est ius partium, prout est in possessorio summario, quod quia fit saluo iure partium, & per modum prouisionis, vt sciatur quis item cōstruere debeat, modici præiudicij esse dicitur, vt inquit Castren. in consil. 5..... & ideo in tali possessorio dicto vnius testis statut. & ita intelligit Alciat. ibi, illud quod notat Bart. in l. i. C. quov. honor. & in l. 2. §. fin. C. vbi in rem actio. & Matthei. in 1. nota & Decius in consil. 5. 6. & in cap. de appellationibus, in fin. extra de appell. & tradunt Doct. in l. i. ff. de liber. & posthum.

C A P. XXVI.

A R G V M E N T V M.

Solemnitas leuis quæ & quotuplex dicatur.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitas leuis non dicitur, quæ omessa modicum obstat potest.
- 2 Solemnitas leuis dicitur, quæ non est munita aliqua ratione.
- 3 Subscriptio notarii non dicitur leuis solemnitas.
- 4 Solemnitas leuis dicitur, quando est talis ordo vel solemnitas, cuius omissione parum, vel nihil veritatē obstat.
- 5 Statutum si disponat, vt ad hoc vt credatur libris mercatorum, debeat prius à conservatore in campanione de licentia scribendi data apparere.
- 6 Solemnitas seu forma, triplex est.
- 7 Solemnitas leuis dicitur, vbiunque ex bono & aequo & sola veritate inspecta tractatur illud, quod est de apicibus iuris & iuris apices concernit.
- 8 Apicum iuris, quid esse dicitur.
- 9 AEQUITAS rigori preferitur.
- 10 Apices iuris, quid dicantur.
- 11 Foro mercatorum agitur ex pacto nudo, nec attenduntur solemnitates.
- 12 Solemnitas qualibet in foro mercatorum, quæ est de apicibus iuris, & veritatem iuris & facti non respicit, censetur leuis solemnitas.
- 13 Solemnitas leuis dicitur illa, cuius omissione substantiam actus non mutat, neq; alterat.
- 14 Solemnitas leuis est illa, quæ ex consuetudine de vsu & styllo curie omitti potest.
- 15 Solemnitas leuis dicitur illa, quæ quandoq; seruatur, & sepe præmittitur.
- 16 Solemnitatibus in seruandis & non seruandis, consuetudo loci attenditur.
- 17 Stylus est ille, qui ordinem respicit & modum scribendi.
- 18 Consuetudo, quæ dicatur.
- 19 Consuetudo potest facere vt testamentum coram duobus vel tribus testibus valeat.
- 20 Consuetudinem semel vel bis in iudicando obseruatam fuisse, sufficit.
- 21 Consuetudo probatur actibus iudicariis & sententiis.
- 22 Vsus sisit varius, statut majori parti vsus, seu pluribus eius vicibus, ad inducendum stylum & consuetudinem.
- 23 Stylus & consuetudo in eo differunt, quod licet consuetudo exigat tempus 10. anno. stylus illud non exigit, sed binus actus ad illum inducendum sufficit.
- 24 Solemnitas, an sit de substantia, cum dubitatur in-

ter Doctores, si consuetudo sit pro altera parte efficit, ut illa opinio pro qua est consuetudo, praeualeat.

25 Solemnitas leuis non est, rem sub hasta vendere. *Hoc*

Cum supra dictum sit, leuem solemnitatem aetatum non videtur, satis opportunum videtur hoc loco querere, quid sit, & quotplex leuis solemnitas. Quia in re breuiter procedendo, sciendum est, & illam leuem solemnitatem appellari, quae si omittatur, parum obstare potest, ut inquit Alexan. in consil. 141. num. 10. vol. 2. afferens idem voluisse Oldrad. Bart. & alios in l. 1. §. fin. ff. de ventre inspiciens per illum tex. vbi tradit etiam glos. & est tex. in d. l. cum bi. §. si prator. ff. de transact. & tradit etiam Bald. in l. hac consultissima, circa medium. C. qui testam. facere posse. Praeterea & secundo, illa etiam leuis & solemnitas appellatur, quae aliqua ratione munita non est, ut habetur in d. l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & posthum. & l. cum pater. §. fidei tue. ff. de leg. 2. & voluit Bald. in eadem l. hac consultissima, & in l. 2. C. de vind. libert. & Alex. in consil. 98..... & ideo dixit Alexan. in d. l. cum pater. §. fidei tue. subscriptionem requisitam a notario leuem solemnitatem non dici, ut ibi ipse latius prosequitur. Quod autem leuis solemnitas si omittatur, non obfit, tradit etiam Aug. Berous in consil. 87. nu. 7. vol. 3.

3 Praeterea & tertio leuis solemnitas, & ut inquit idem Berous in d. consil. 87. nu. 8. vol. 3. quando talis est ordo vel solemnitas, quorum omissione parum, vel nihil veritati obesse vtputa quia aliter de veritate constare potest, quam ea solemnitate, ita ut ea omissione veritas non obruarur, ut voluit Bart. in l. 1. in fin. per illum tex. ff. de ventre inspiciens. & Alexand. in eod. consil. 98. col. 4..... & inquit de hoc esse tex. in cap. quoniam contra, extra de probat. Exemplum autem de hoc ponit Berous eodem in loco, si statuto & caueatur, ut ad hoc vel libris mercatorum crederetur, debeat prius conseruator in campione describere, licentiam datum fuisse scribendi, ut voluit Bald. in l. cum quis, col. 3. C. de iuris & facti ignoran. qui etiam inquit in d. l. cum quis, col. 3. post Bart. triplicem esse formam, & seu solemnitatem: quedam enim adesse requiritur, quedam vero ad probationem ea quae adesse requiritur, si omittatur, vitiat aetatum: quae vero ad probationem tantum, non vitiat: Imo ex eo actu naturalis & ciuilis obligatio oritur, & ex consequenti leuis solemnitas appellatur, cum eius omissione non vitiet, dummodo de ipsa veritate aliter legitime constare possit: & quae sit solemnitas leuis tradit etiam Card. Albenf. in l. 1. §. quod autem. ff. de ventre inspiciens. Tertio etiam dicitur & leuis solemnitas, vbiunque ex bono & aequo, & sola veritate inspecta ad illud proceditur vel tractatur, quod de iuris apicibus est, iurisq; apices concernit. De & apicibus autem iuris, quid esse dicitur, quod veritatem non attingit, reive substantiam, aut negotii, quod agitur, sed rigorem potius quandam seu summi iuris subtilitatem: & tunc eius omissione aetatum non vitiat, ut probatur in l. si seruū. §. sequitur. ff. de verb. oblig. ibi enim scribit questionem hanc esse ex bono & aequo, in quo genere plerunq; sub autoritate iuris scientiae perniciose erratur & idem, prout supra retulimus videtur expresse dicere text. in l. Diuus. ff. de in integ. rest. & in l. ctsi nihil. ff. de reg. iur. etsi nihil facile mutandum est ex solemnitatibus: tamen vbi aequitas euidentia exposcit, subuenientum est. Hic enim text. in d. l. Diuus, semper ad illud adducitur, quod & aequitas rigori preferenda sit: & ideo si ex

rigore iuris aliquid pro solemnitate requiratur, & id in iis, in quibus aequitas attendenda est, omittatur: eius omissione vitiare non debet. Vnde dixit Bald. in l. si pro ea. C. mand. quod ex quo in foro mercatorum proceditur ex bono & aequo, & ex consequenti iuris solemnitatibus omissis, apices iuris in eo attendi non debent, qui rei veritatem non attingunt: Minusq; in eo foro illa iura attendenda sunt, quae solemnitates quasdam negotii veritatem non respicietes requirunt. Haec enim & de iuris apicibus 10 dicuntur, ut expresse voluit Bald. in l. si fidei usor. §. quedam. ff. manda. Hinc sane videamus, ex pacto nudo agi in curia mercatorum: nec attendi, an promissio stipulationis solemnitatem habeat, propterea quod illa & de iuris apicibus dicitur, qui in foro 11 mercatorum attendendi non sunt, ut voluit Bart. in l. quamvis ff. manda. Vnde infertur in foro mercatorum, in quo proceditur ex bono & aequo, & sola facti veritate inspecta: tam de iure communi, quam inspectis statutis illius fori, ut habetur in locis predictis, & in l. bona fides. ff. depositi. quamlibet & solemnitatem, quae de apicibus iuris sit, & rei ac facti necessaria non respiciat, sed rigorem quandam potius leuem solemnitatem conferi: Bart. in l. si fidei usor. §. quadam, & l. Quintus. ff. de annu. legat. in l. si serum Stichum. §. sequitur. ff. de verborum obligat. & recentiores in rub. ff. de verborum obligation. Quarto etiam ut inquit Bart. in l. 1. §. si plures. ff. de exercit. action. & refert Berous in d. consil. 87. num. 16. vol. 3. illa & dicuntur leuis solemnitas, cuius omissione substantiam aetatus non mutat, nec alterat: ea autem, cuius omissione facti substantia alteratur, solemnis dicitur. Hanc conclusionem sequitur etiam Ioan. Annibal in l. nemo potest. nu. 32. ff. deleg. 1. dum inquit eam leuem solemnitatem esse, quae facti substantiam non immutat, ut voluit Bart. in l. 1. §. si plures. col. 5. ff. de exercit. act. Quinto etiam, ut in eod. consil. 87. nu. 17. vol. 3. inquit Bero. leuis & solemnitas est, quae ex consuetudine de vsu & stylo curie omitti potest, & que aliquando & seruantur, quandoque vero, imo saepe 15 pratermititur, ut est text. fere in terminis, in l. 1. in fin. ff. de ventre inspiciens. ibi, sed & mos regionis inspiciens est. Vbi tradit etiam Bart. in & solemnitatibus enim seruandis, & non seruandis, loci consuetudo semper attendi debet. cap. cum dilectus, extra de consuet. stylusq; curiae seruandus est, ut dicunt Doct. in cap. cum olim, extra dare iudic. per text. in c. quam grani, extra de crimin fals. & in cap. 2. extra de rescript. Vbi inquiunt Doct. stylum & illum esse, qui modum & ordinem scribendi respicit: consuetudinem vero & circa alia versari. Comprobatur hoc iis, quae habentur in cap. 2. extra de prob. Vbi & vt testamentum 19 coram duobus, vel tribus testibus factum valeat, consuetudine induci potest, ut voluerunt eo in loco Ant. But. & Abb. ac etiam Ioan. And. in d. cap. fin. extra de confir. vtili. vel inutili. & Ioan. And. in cap. fin. & Bart. in l. de quibus. ff. de legib. nec aetullo iudicatio opus est: Sed & si semel vel bis secundum consuetudinem iudicatum sit, sufficit, quicquid dicat gloss. in d. cap. fin. extra de consuet. Canonistae namque ibi & Legista in d. l. de quibus, contrarium verius arbitrantur & firmant, licet & ex actis iudicariis & ex sententiis consuetudo probetur, seu consensus populi detegatur: qui consuetudini acquieuerit, ut dicunt Ioan. And. Abbas & alii in d. c. fin. & Bart. in d. l. de quibus, afferens quod vbi variis & modis 22 seruat

- seruatum sit, & sic usus diuersus est, maiori parti usus & pluribus vicibus ad stylum & consuetudinem inducēdam standum sit, cum illi quilegem, vel statutum condendi potestate habent, tacite assenserint. Antonius quoq; de Butrio in d. c. fin. vers. vi-
- 23** sa materia, &c. inquit, quod t̄ & si consuetudo tempus, puta 10. annorū exigat, stylus tamen non exigit, sed binum actum ad eum inducendum sufficere. Comprobatur id ex iis, quae tradit Alex. in l. si librarius, in apostillis ad Bart. in versic. vitiat. ff. de reg. iur. & Sribentes in c. nulli, extra de reb. eccles. non alien. Unde dicunt, quod vbi cunque dubium est inter Do-
- 24** stores, an t̄ solemnitas substantialis sit, an consuetudo pro altera parte sit, inspiciendum esse. Illa namq; opinio, pro qua est consuetudo, prætalet, argum. cap. cum dilectus, extra de consuet. & tradit Imola in cap. 1. col. 7. versic. vnde viderur, extra de his, quae sunt à pralat. Quando etiam consuetudo penitus non derogat, sed aliqua tantum ex parte solemnitati ad probationem requisitæ, utputa quod canonici in alienatione rei ecclesiæ subscribere non debeant, contra formam cap. sine exceptione, 12. quest. 2. talis consuetudo subsistit, & ad hoc ut illi solemnitati derogari possit, satis est, ut inquit Imola in cap. 1. col. 6. versic. si autem esset res, extra de his, quae sunt à pralat. sine consen. capit.
- 22** Notandum etiam est, rem sub hasta vendere, leuem solemnitatem non esse, ut inquit Bald. in l. ordo, num. 5. C. de except. rei iudic. & in Authent. de fide instrumen. post princ. & notatur in l. 1. C. de fide instrum. & iure hasta fissa. lib. 10. vbi quod ei non possit renunciari, expresse habetur.

C A P. XXVII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

- 1** Solemnitas leui si pro forma à statuto vel lege ponatur, si omittitur vitiatur actum.
- Præcedens conclusio, quod omissione leui solemnitatis actum non vitiet, patitur nonnullas limitationes: & t̄ primū vbi leuis solemnitas ponitur pro forma, ut inquit Socin. iun. in consil. 37. num. 14. vol. 4. propterea quod in eo casu forma etiam leuis ad actus validitatem adimplenda est, ut dicunt Doct. in l. qui Roma. §. Flavius. ff. de verb. oblig. & in l. 1. ff. de lib. & posth. & ideo si quid etiam minimum omittatur, actum viciat, ut inquit Anton. à Butrio in cap. fin. col. 2. versic. nota septimo, quod maritum, extra de restit. spoliat. quem refert & sequitur Hippol. in consil. 65. in nomine matris, col. 2. in princ. & in consil. 131. illumina quae so Domine, col. 2. in fin. & in consil. 133. omnipotens eterne Deus, colum. 3. prope finem. & ideo dixit Bald. in l. 2. col. 3. C. de patri. qui filios distraxer. statutorum formam ad literam & amissim seruandam esse, prout refert & sequitur Alex. in consil. 137. in causa & lite, col. 3. versic. & dicit Bald. vol. 2. vbi alia subdit. Præterea confirmatur alia conclusione supra constituta & comprobata, quia diximus formam à statutis inducātam, ad vnguem seruandam esse. Præterea quod leuis solemnitatis omissione vbi cunque pro forma inducta est, actum viciat, tenet etiam Cephal. in consil. 100. num. 28. vol. 1. per ea, quae voluit Roman. in consil. 402. & Decius in authent. qui rem,

num. 19. C. de sacrosanct. eccles. & in cap. de appellationibus, num. 3. versic. tertius casus, extra de appellat. & Comes in §. sed iste, num. 22. versic. sed considera. Instit. de action. & Ruin. in rub. de oper. noui nunciat. col. 3. in fine. Item hanc eandem conclusionem sequitur Ioann. Annibal in l. nemo potest, num. 321. & 330. ff. de leg. 1. vbi num. 321. authoritate Baldi infert ad statutum requirens, ut in instrumento apponatur nomen, praenomen, & cognomen, alioquin instrumentum alter factum non valere præcipiat ipsum annullando: Nam in eo casu si instrumentum unum tantum alicuius nomen contineat, non subsistet: cum (ut diximus) forma ad vnguem seruanda sit, & id inquit procedere & locum habere, quando statutum actum annullando procedit, secus vero inquit Ioann. Annibal ibi, si statutum annullando actum nō procedat, propterea quod de forma tunc esse nō dicetur, & hanc Bal. conclusionem sequitur etiam Paulus. Castr. & Imola, & quam plures alii, quos refert Felix. in d. e. cum dilecta, col. 14. extra de rescrip. verum Annibal eodem in loco, non obstante quod statutum annullando actum nō procedat, adhuc etiam vult, ut leuis solemnitatis pro forma inducta omissio actum viciet, per ea quae voluit gloss. in l. ambiguities. C. de testam. & dicit esse text. in l. ad testium. §. si quis signum. ff. de testam. ibi, signauit & non me subscripti, & econtra testamentum viciatur, & tamen leuis solemnitas est, cum sit variabilis ex quo cum meo vel alieno, vel omnino uno & eodem annulo testamentum signare possint. d. l. ad testium. §. 1. & §. possunt, Instit. de testament. & l. si unus. C. de testament. Ponuntur namque annulorum signa, ut recognosci possint, ut est text. in l. si quis ex signatoribus, & l. quod si ab initio ff. quemad. testam. aperiant, & tamen talis leuis solemnitatis omissio testamentum destruit & annullat dictis legibus. Absurdum enim esset dicere: & leuis solemnitas, ergo eius omissio actum non viciat, cum habeamus res, quando solemnitate ostenditur, minimam subtilitatem requiriādam esse. l. fin. §. fin. C. de fideiuss. & hæc quæ requiritur in testamento seruanda est, ut est text. in l. si quando. C. de inoffit. testam. ut ibi latius habetur, & tradit etiam Paris. in consil. 19. num. 81. cum seq. vol. 2. vbi expresse firmat hanc conclusionem ex multis supra deducit, quae non repeto.

C A P. XXVIII.

A R G U M E N T U M.

Solemnitas, vbi de enixa voluntate disponentis constat, omissa viciat actum.

S V M M A R I A.

- 1** Solemnitatis leui omissione actum viciat, quando talis leui solemnitatē obseruari oportere suadet voluntas testatoris: quia tunc censetur tradita pro forma, & omnino impleri debet.
- 2** De mente, testatoris volenti leui solemnitatē obseruari, satis videtur constare, si procedit ultius actum annullando, ea solemnitate non servata.

Secundo limitatur præcedens conclusio: quia licet regulariter leui pro forma necessaria tradi-

ta non censcantur, ut inquit Paris. in d. consil. 19. num. 86. vol. 2. ita ut ipsorum omissio non vitiet, vt supra ostendimus: hoc tamen non procedit, quando de mente testatoris constat volentis huiusmodi leuiam omnino adhiberi & obseruari: eo namq; casu pro forma tradita censentur, & ideo ut adimpleantur necesse est: alioquin eorum omissio actum viat, ut inquit Bald. in l. 1. ff. de liber. & posthum, quem ibi sequuntur Imola, Paul. Castrensi. & communiter alii: & idem voluerunt Imola, Alex. & Aret. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. & Alex. in d. l. fin. in princ. col. fin. C. de iure delib. & Card. Imola, & Felin. in d. cap. cum dilecta, & Felin. in cap. super eo, extra de testib. cogen. & tradit Roman. in consil. 402. in proposita quæstione. Quod autem sit mentis & intentionis ac voluntatis testatoris, volentis eam t̄ solemnitatem, licet leuem, omnino adhiberi & pro graui haberi, satis ex eo constare dicitur, quod non feruata ea solemnitate vltius actum qui geritur annullando procedit, ut voluerunt Bald. Imola, & Castrensi. & alii recentiores in d. l. 1. & Rom. in d. consil. 402. Huic enim formæ, ut supra diximus, cum ad ynguem seruanda sit, nihil addi vel minui debet, sed prout a testatore imposta est obseruari, ut dixit Bald. in l. fin. col. 2. versic. ex hoc elicitur. C. de suis & legit. & Ias. in l. hac verba, col. 5. in fin. versic. nam forma adeo, ff. de leg.

C A P. XXIX.

A R G U M E N T U M.

Solemnitas aliquo facti impedimento omissa, non vitiat actum.

S Y M M A R I A.

- 1 Statutum si contineat illam clausulam, hactamen prius solemnitate seruata: an venditiones vel dationes in solutum in illo contenta subsistant, vel corruant.
 - 2 Solemnitas & forma non seruata actum non vitiat, quando ille qui eam seruare tenebatur, facti impedimento impeditus fuerit.
 - 3 Statuto si caueatur, testamentum confici non posse nisi a Notario matriculato scribatur: si fiat tempore pestilentia valere, etiam quod à Notario matriculato scriptum non sit.
 - 4 Statuta si caueatur, ut mulier non possit testari sine consensu duorum propinquorum consanguineorum, si tamen tempore pestilentia testetur sine tali consensu, testamentum valet, etiam quod ipsa testatrix periculum euaserit & superuiaeat.
 - 5 Statuto disponente ut contractus minorum, vel mulierum non valeat, nisi de eo duo Notarii rogentur & subscribant: si fortasse ob pestilentiam unus tantum Notarius haberi possit, valet contractus factus ab eo solo.
 - 6 Pestilentia impedimentum formam remittit.
 - 7 Impedimentum extimationis bonorum, ut puta quia secundum formam statuti bona, qua venduntur sub hasta, vel dentur in solutum, propter obsidionem urbis extimari non possunt, non annullat venditionem vel dationem in solutum.
 - 8 Necessitas tempore multa tolerantur contra communis regulas, conclusiones & formas.
 - 9 Pestilens locus ad comparendum tutus non est, & id eo citatus non tenetur comparere.
- 10 Citatus ad locum ubi est pestilentia, non tenetur comparere.
- 11 Absens a ciuitate pestilentia causa, ex iusta causa abesse dicitur.
- S**ecundo loco limitatur t̄ principalis conclusio supra firmata, ut solemnitas omissio actum vitiat, propterea quod t̄ solemnitas & forma non seruata actum non vitiat, quando ille, qui eam seruare debebat, aliquo facti impedimento impeditur, de hoc plura exempla adducuntur, inter quæ est illud pestilentia, ut inquit Ang. in l. si vacantia. C. de bonis vacan. dum inquirit, quod si statuto cauetur, testamentum confici non posse, nisi a Notario matriculato describatur, si accidat ut t̄ testamentum, pestilentia tempore fiat, valere, etiam quod à Notario matriculato descriptum non sit, hanc Angeli conclusionem sequitur Decius in consil. 284. col. 2. & Par. in consil. 32. col. 3. vol. 2. & in consil. 33. col. pen. in princ. eod. vol. & Albert. Brun. in tract. de form. & solemn. col. 1. versic. secundo casu. & Ias. in l. fin. col. pen. versic. quinto moueor, in fin. C. de testament. & recentiores in tract. de gabell. in 2. quest. 24. versic. item sufficit. Nec obstat quod Alex. in d. l. fin. hoc dictum reprobare videatur, per text. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicil. quia Rolan. à Valle in consil. 81. num. 27. vol. 1. respondet, illum tex. parum ad illud, quod proposuimus facere: quandoquidem licet ibi testes in testamento requisiti nō essent, id ex accidenti contigit, præterquam quod necessitas etiam non suberat, ut in proposita specie, ob quam testes requisiti adhiberi non potuerint, ut voluerunt Dec. & Ias. in loco supra deducto. Confirmatur præterea hæc conclusio ex iis, quæ voluit Angel. in §. pronunciatum, in Auth. ut facta noue constitut. quæ sequitur Corne. in consil. 53. vol. 4. & Par. in d. consil. 33. col. pen. in princ. vol. 2. vii ultra predicta concludit, ut si statuto fortasse t̄ caueatur, ut mulier sine consensu duorum propinquorum consanguineorum testari non possit, si tempore pestilentia testetur sine huiusmodi consensu, testamentum valere: & noti solum si ex ea ægritudine vel tempore pestilentia decesserit, sed etiam si eam ægritudinem, vel pestilentia periculum euaserit, & deinde plures annos superuixerit: & illud testamentū pestilentia factum cum minori solemnitate non mutauerit: quod quidem ea ratione factum censetur, quod eo tempore quo testamentum factum fuit, ea solemnitas à statuto requisita adhiberi non potuit. Pariter etiā ex iis confirmatur, quæ dixit Ang. in §. quod autem. in Auth. de non alien. nec permitt. reb. eccl. quem sequitur Decius in d. consil. 284. col. 2. versic. & ad idem. & Brun. in d. tract. de forma. car. 64. col. 1. versic. secundo casu. & recentiores in tract. de gabellis. in 2. part. quest. 24. dum vult, ut statuto t̄ disponente, ut contractus minorum, vel mulierum non subsistat, nisi de eo duo Notarii rogentur, & illud subscribant, & accidat ut tempore pestis unus tantum adhiberi possit, talēm contractum etiamsi unus tantum Notarius interuenient valere, & ideo propter impedimentum pestilentia à dispositione predicti statuti recedi. Accedit etiā predictis, quod t̄ si ob pestilentiam aliudve huiusmodi impedimentum forma à statuto tradita adimpleri non possit, venditio vel in solutum datio non infirmentur, sed valeant ac subsistant: exempla ultra illud, quod supra de pestilentia dictum est, huiusmodi

De Executionibus, Tractatus. §. 5.

295

huiusmodi afferri possunt, utputa quia per praecomen illius loci, si forte id à statuto requiritur, proclama mitti non potuerit, vel quia debitor locum habitationis certum non haberet, sed clam & secreto diuersis in locis habitaret. Item etiam exemplum in obsidione † vrbis illius, de cuius statutis tractaretur, ponit potest: utputa si statutum dictæ ciuitatis, ut bona vendenda extimari debeant à viuis à iudice eligendis: cum enim tempore obsidionis & belli huiusmodi extimatores vel haberi non possint, vel ad bona ipsa extimanda mitti, & ideo solemnitas à statuto illius loci omittatur, ob talem tamē omissionē venditionem, vel in solutum dationem non subsistere dicendum non est, sed eas valete & tenere: Necesse namque legem non habet, necessitatib⁹ causa † multa contra communes regulas conclusiones ac solemnitates vel formas inducta reperiuntur, de quibus loquitur Rom. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr. & Felin. in c. 2. in si. extra de constitut. Videamus namq; locum † pestiferum, tum accessum non habere. Vnde est, vt citatus ad locum pestiferum comparere non teneatur. c. ex parte, vbi Abbas, & alii, extra de appell. & tradunt recentiores in tract. de gabellis, in 2. parte, q. 24. & Paris. in d. conf. 33. col. 2. & in conf. 28. in princ. vol. 4. & voluit Bart. in l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Senatus cons. Trebell. Et quod ciratus ad locum, † vbi est aer pestifer & corruptus, comparere non teneatur, possitq; aduersus huiusmodi citationem, & iustum causam non comprehendendi habeat, est text. in c. ad supplicationem, vbi tradit gl. extra de renunciat. & tradit Be- rows in quest. 228. num. 11. Præterea absens † a ciuitate ob pestilentiam, iusta de causa absētē dicitur, vt inquit Rom. in conf. 263. col. 1. ergo idem multo magis tempore belli dicendum est, obsidionisq; illius vrbis, vbi tale statutum extaret, cum omnia & preſer- tim extra urbem à militibus inimicis occupentur.

C A P. XXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Solemnitas stante necessitate per equipollens adimpleri potest.
L Imitatur præcedens conclusio seu limitatio, quia licet solemnitas in forma specifica adimpleri debeat, attamen stante necessitate, potest per æquipollens adimpleri, vt inquit Alex. & Ias. in l. 1. ff. de lib. & posth. & Paris. in conf. 32. colum. 3. volum. 2. & dicit Petr. de Anchar. in conf. 337. testamentum subsistere, si testator ob testis recessum illud reuocate non potuit.

C A P. XXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Solemnitas vel forma remittitur, quando periculum est in mora.
T Ertio limitatur præcedens conclusio, quod omisso † solemnitatis actū vitiet, quando periculum est in mora. Hac de re exemplum ponit Menochius in conf. 7. num. 7. in bellicis tumultibus, in quibus periculum est in mora: & ideo concludit, exemplum ab aliquo instrumento sumptum non seruata forma, vel solemnitate instrumentorum

exemplandorum à statuto tradita, fidem facere, per ea quæ tradunt omnes in auth. si quis in aliquo, vbi Ias. col. 3. versic. imo fortius C. de eden. vbi Decius, num. 11. & Felin. in d. cap. cum P. Tabellio, num. 10. extra de fide instrum. & Socin. in tract. fallen. Reg. 185. fallent. 3.

C A P. XXXII.

A R G U M E N T U M.

Solennitas iuris in notoriis omitti potest.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitas vel ordinis omisso actum vitiat.
- 2 Solemnitas iuris in notoriis cessat.
- 3 Citatio non requiritur contra notorium delinquenter.
- 4 Executione incipi potest in notoriis.

Q Varto limitatur † præcedens conclusio in notoriis, vt inquit Thom. Gram. in decis. 36. num. 55. dum inquit, in notoriis iuris ordinem vel solemnitatem seruari, ita ad actus validitatem opus non esse, vt index in modo procedendi iura transgredi possit, vt voluit Paris. de Puteo in tract. syndic. in versic. preceptum. cessat † namque in notoriis iuris solemnitas, nec necesse est notorie delinquenti repertorum copiam dari: Nec si non seruetur solemnitas vel ordo, de nullitate dici potest, vt late dixit Angel. in suo tract. malefic. in versic. valet per modum notorii: quandoquidem in huiusmodi notoriis ordo & solemnitas sit, ordinem vel solemnitatem non seruare, sed executiue procedi, vt late tradit Mars. in rub. de probat. & Felin. in c. audientia, extra de accus. & in c. sciscitatus, extra de rescript. & in c. cum non ab homine, extra de iudic. vbi refert quamplura. & illud etiam concludit, contra † notorium delinquentem, citationem necessariam non esse, nec eidem ad se defendendum terminum dandum esse, vt inquit Domin. a sancto Geminiano in c. ordinariis. §. i. de offic. ordin. in 6. & Andr. de Isernia in c. sancimus, in tit. quo tempo. miles, in vsib. feudo. & Hippol. Marfil. in sua praxi criminali, in versic. aggredior, num. 125. ac etiam in §. examinanda, num. 7. & in d. versic. aggredior, num. 134. vbi etiam subdit, causæ cognitionem necessariam non esse, nec citationem, aut sententię solemnitatem: & quod plus est, in eis ab executione incipi posse, vt etiam voluit Paris. in consil. 147. volum. 4.

C A P. XXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- i Solemnitas omisso actum non vitiat, quando ex consuetudine loci non obseruatur.

Q Vinto limitatur præcedens conclusio, † vt solemnitatis omisso actum non vitiet, quando ex loci consuetudine non obseruatur, vt inquit Menochius in consil. 7. num. 7. vol. 1. dummodo tamen, talis consuetudo probabilis sit, vt inquit Ias. in d. au- then. si quis in aliquo, colum. 3. versic. limita. & Socin. in d. tract. fallen. reg. 185. fallen. 5. & Guido Papæ in q. 2. n. 2. & Felin. in d. c. cum P. Tabellio, n. 4. infi. Nec dissentit Aymon Crau. in tract. de antiqui. temp. in 3. par. princ. partic. 1. n. 16. & iterū tradit Aymon Crauer. in consil. 121. n. 9. p ea, quæ voluit Pet. de Anch. in consil. fi-

col. 4. versio. præterea. & Roman. in consil. 103. col. 2. &
facit tex. in l. minime. ff. de legibus.

C A P. XXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Solemnitatis omissione non vitiat actum in eis locis, vbi extant statuta disponentia, vt vbi cuncte de veritate rei & negotii constat, nihil aliud attendatur.

Sexto limitatur in eis locis, vbi extarent statuta disponentia, † quod quotiescunque de veritate rei & negotii constat, nihil aliud attendatur. Nam in eo casu cum de veritate constat, etiamsi aliquis error intitulationis scripturæ vel foliorum numerationis appareat, aut aliorum, absque tamen dolo vel fraude scribentis libri approbari debent, & si prædicta, videlicet intitulatio foliorum, numeratio, & scriptura pro forma & solemnitate à statutis locorum, vbi hæc aguntur, introducta sint, & ad licentiam dandam concurrere debeant: Nam scribenti, dummodo casset dolus & fraus, huiusmodi error obesse non debet: & si ei aliqua culpa vel negligenter vacare nō dicatur, imo ei imputari possit.

C A P. XXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Solemnitas statutaria etiam quod omittatur actum non vitiat, quando actus est utilis illi, in cuius commodum & fauorem est inducta.

Septimo limitatur illa conclusio, † & solemnitas omissione actum non vitiare dicimus, quando actus ei utilis est, ad cuius commodum & fauorem à statuto introducta est, vt inquit Ruin. in consil. 64. num. 7. volum. 1. & exemplum ponit in statuto formam ad fauorem mulieris inducente: tunc enim si talis actus mulieri utilis sit, talis solemnitas vel formæ omissione non vitiat. At secus si ei inutilis & perniciosus sit, vt notavit gl. quam sequuntur Ang. & Imola in l. 2 ff. de acceptilat. & est tex. in l. neque. C. de contraben. & committen stipulat. vbi notat etiam Bal. cum concordantibus, & in l. non eo minus. C. de procur. & iterum voluit Ang. in consil. fin. & Bal. in l. 2. C. si seru. extero.

C A P. XXXVI.

A R G V M E N T V M.

Solemnitas statuti extra eius locum omissa, actum non vitiat.

S V M M A R I A.

1 Solemnitas omissione in loco extra iurisdictionem statuentium existenti, an actum nullum reddat.
2 Solemnitas regulariter & consuetudo loci attenditur, vbi actus celebratur.

Octauo limitatur, † vbi cuncte actus extra iurisdictionem statuentium celebratur. Nam eo casu omissione solemnitatis statutorum loci originis contrahentium actum non vitiat, vtputa si Bononia exteat statuta, quæ alienationibus, vel adiudicationibus, seu in solutum dationibus solemnita-

tem vel formam seruandam constituant, & accidat, vt duo Bononienses contrahant in loco extra Bononiensem iurisdictionem existentes, vel fortasse bona aliqua ibi existentia eorum alicui adiudicentur, vel in solutum dentur: certe omissione formæ à statutis Bononiensibus in huiusmodi actibus constitutæ actum non annullat, vt inquit Corn. in consil. 241. num. 4. volum. 2. & ratio est, quia vbi cuncte statutum loci in actu aliquam solemnitatem requirit, si huiusmodi actus fiat extra territorium, vel iurisdictionem dicti loci: illa solemnitas non attenditur, & ideo eius omissione actum invalidum non reddit, vt voluerint etiam Bart. Bal. & Salic. in l. cunctos populos ff. de iustit. & iure. & Anch. in c. canonum statuta, extra de consil. Id namque † quo ad solemnitates præcipuum est, vt statuta & consuetudines illius loci attendantur, vbi actus celebratur l. 1. Cod. de emancip. liber. & l. si fundus. ff. de euictio. & l. si non speciali, & l. si C. de testam. & tradit Io. Andr. & sequuntur alii, in rub. extra de consuetud. Præterea quod circa ea, quæ actus essentiam recipiunt, seu eius ordinem, attendantur statuta loci, vbi actus geritur, inquit esse communem opinionem Doctorum. Idem Corn. in consil. 232. num. 5. vol. 4. prout tradit etiam iterum Bal. in l. extra territorium ff. de iurisdic. omn. indic. vt latius ibi prosequitur Corneus.

C A P. XXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Solemnitates omnes remissa dicuntur, quando proceditur sola facti veritate inspecta.

Nono limitatur, † quando sumus in causis, in quibus sola proceditur facti veritate inspecta: Nam in illis casibus à regulis iuris communis statutorumq; receditur, & ex consequenti omnes solemnitates iuris civilis statutorumque remissa intelliguntur: & ideo solemnitatis omissione actum invalidum non reddit, vt inquit Rolan. à Valle in consil. 53. num. 13. volum. 2. & voluit Ias. in l. certi condic. §. si nummos ff. si cert. petat. & in consil. 105. colum. fin. volum. 1. & Ripa in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus, numero 181 ff. de verb. oblig. & Maran. in l. is poteſt, num. 195 ff. de acquir. hæred. Proceditur namque in causa manu regia, vt inquit Bal. in l. prolatam. C. de senten. & Corn. in consil. 243. volum. 4. & Ruin. in consil. 134. num. 11. volum. 5. & Ias. in l. certi condic. §. si nummos ff. si cert. pet. & in consil. 105. colum. fin. volum.. & late prosequitur Rolan. à Valle in d. consil. 53. num. 13. volum. 2. & ego late tractavi in mea præxi iudicaria, ad quam ne bis idem repetam, me refero.

C A P. XXXVIII.

A R G V M E N T V M.

Solemnitas omessa actum non vitiat, vbi rescriptum Principis omnes solemnitates supplet.

S V M M A R I A.

1 Solemnitas tam iuris communis, quam statutorum, Principis rescripto eam supplente tollitur, & eius omissione actum nullum non reddit.
2 Solemnitas tollitur, vbi cuncte Principes derogat statutis, vel iuri communi.

Deci-

Decimo limitatur † in rescripto Principis solemnitatem supplente, propterea quod huiusmodi rescriptum solemnitates omnes tam juris communis, quam statutorum tollit: & ideo in eo casu si solemnitas omittatur, actus non vitiatur, vt inquit Paris. in consil. 46. nū. 34. volum. 3. † Vbicunq; enim Princeps statutis vel iuri communi derogat, solemnitates sublatas esse, & actum non vitiari, certum est, vt de summo Pontifice inquit Paris. eo in loco: & id summa ratio ne dicendum videtur, cum supra dictum ita sit. c. innotuit, extra de electio. & c. proposuit, extra de concess. preben. cum aliis, que refert Alberic. Brunnus in consil. 1. colum. 5. versic. primo quia, id quod non solum de summo Pontifice dicendum est, sed de aliis quoque Principibus in eorum territoriis, & id ab ea clausula, non obstante, procedere videtur, vt late in eo consil. de summo Pontifice loquitur ipse Parisius.

C A P. XXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Solemnitas omissionis illis non obseruit, qui principaliter sunt priuilegiati.

Vnde decimo limitatur, vt solemnitas omissionis iis non obseruit, qui principaliter priuilegiati sunt in eo, de quo agitur, vt tradit Decius in l. quamquam, in l. notab. C. de testam. milit. & tradit Soc. iun. in consil. 144. num. 34. volum. 2. Exemplum ponit ibi Socin. in testamento paterno, inter liberos confeccio: Nam cum liberi præcipue circa paternum testamentum, priuilegium in hoc, vt illud inter eos factum coram duobus testibus valeat, solemnitas trium testium in eis à statuto requisita aduersus eos non procedet. Vnde infertur, quod si quacunq; ratione secundum testamentum iuxta formam statuti valere non posset, substineri tamen debet, vt inter liberos factum: cui quidem testamento inter liberos ita fauent iura, vt velint illud procedere & locum habere, etiam si cōiecturis & indicis voluntas patris probetur. l. fin. C. famili. ercisc. & tradit Imola in l. is qui, col. 2. ff. de testam. & voluit Corn. in consil. 118. in hac consultatione, col. 3. vers. & ideo in casu nostro, vol. 3. & Andr. Barbat. in consil. 43. col. 7. versic. sexto facit, vol. 3. cum aliis quampluribus, quos breuitatis causa prætermittimus.

C A P. XL.

A R G V M E N T V M.

Solemnitas quælibet in actibus Imperatoris & Pontificis omitti potest.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitas vel forma qualibet substantialis, actus Pontificis & Imperatoris non afficit.
- 2 Sententio lata à Principe, non sedendo, & etiam sine scriptis, valet etiam si scriptura pro forma substantiali requiratur.
- 3 Coronatio Imperatoris non est necessaria.
- 4 Coronatio etiam si fiat cum aliqua alteratione vel mutatione, non vitiatur.
- 5 Solemnitas coronationis, quare inducta.
- 6 Princeps potest remittere conditionem legato adiecitam, quae dicitur esse formalis.

Dodecimo limitatur in actibus summi Pontificis & Imperatoris: Nam in eis solemnitas & forma quælibet substantialis actus Pontificis vel Imperatoris non afficit, vt inquit August. Bero, in consil. 1. n. 8. vol. 1. sicut enim ipsi super omnem rei substantiam mutare possunt, vt voluit gl. in r. quanto, extra de translatione episc. Nec quisquam eis, cui ita faciat, dicere potest, vt ibi habetur: & ideo Hostien. in summa de electione. §. qualiter. dixit, ea quæ sicut à Principe causa defectus formæ & solemnitatis, inutilida reddi non posse, prout comprobatur ex iis, quæ notat gl. in c. i. de re iudic. in 6. vbi etiam habetur, sententiam † à Principe non sedente latâ, nec in scriptis redactam valere: & si alioquin sententia sedendo & in scriptis proferre debeat, & haec pro forma substantiali requirantur, vt ibi habetur: & facit tex. in l. penul. C. de donat. inter vir. & vxo. Subdit præterea Hostien. in c. Super quibusdam, extra de verb. signif. † coronationem 3 requiri ac fieri potius ad pompa in, quam quod necessaria sit, cū omitti possit, & leues effectus inducat, vt ex iis colligitur, quæ voluit Bar. in extranagati, ad reprimendum in vers. Reges & Alber. in l. bene à Zenne. C. de quadrienn. prescript. Si ergo fiat coronatio † cum aliqua alteratione & mutatione, vtputa quia 4 coronationis forma perfecte seruata non sit, ob id tamen minus perfecta dicetur, arg. l. vnicæ. §. 1. C. de rei vxor. actio. & tradit etiam glos. in ver. transitu. Instit. de liberti. Ratio autem est, quia predictis non concurrentibus fieri potest. † Fuit autem introducta 5 huiusmodi solemnitas coronationis à iure positivo, vt ibidem latius tractatur, & tradit idem August. Berous in consil. 170. n. 14. vol. 3. per ea quæ dixit Bal. in l. rescripta. C. de precib. Imper. offeren. & in l. digna vox. C. de legib. Et † ideo dicunt, Principem conditionem & legato adiecitam, & si dicatur de forma actus, remittere posse, l. 2. §. tractari. ff. ad Tertul. iuncta l. Meinius, & l. qui heredi. ff. de conditio. & demonst. & facit illud, quod voluit gl. in c. postulasti, extra de concess. preben. & in c. cum ad monasterium. extra de statu monach. & in c. quanto, extra de iure iur. & in c. quanto, extra de translatione episc.

C A P. XLI.

A R G V M E N T V M.

Solemnitates contractuum an per hoc suppletæ censeantur, quod in iudicio fiunt.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitas & alia quæ requiruntur in contractu excepta iudicium, requiruntur etiam si in iudicio fiunt.
- 2 Solemnitas eadem quæ in contractu principali requiritur, in eius quoq; ratificatione interuenire debet.
- 3 Ratificatio quidam quasi contractus dicitur.
- 4 Legitimatio si fiat à filio, non extenditur ad auum si ne eius consensu.
- 5 Legitimatio filii si ratificetur ab aucto, dicitur iterum ab aucto legitimari.
- 6 Donec si quispiam rem alienam & dominus donationi consentiat, donatione insinuanda non est, tāquam facta à donante, sed tanquam facta ab eo, qui donationi consensit.

Postquam plura de solemnitate attigimus, quando scilicet adhibenda sit, vel non adhibita actum

actum non vitiet: alia etiam addere satis opportu-
num duximus, licet ad hunc locum non pertineat:
1 & in primis, † an solemnitas & alia, quæ in contra-
ctibus extra iudicium factis requiruntur, etiam si
fiant in iudicio, adhibenda sint, alioquin non sub-
sistant, & vt adhibenda sit dicendum est, vt text. &
ibi notat Bald. & sequuntur Sribentes in l. sive apud
acta, & in l. omnes. §. in hac. C. de episcop. & cleric. & in l.
2 ne in arbitris. C. de arbitr. Eadem præterea † solemnitas,
quæ in principalibus contractibus requiruntur, in eorū etiam ratificatione adhibenda est. l. si vt
proponit. C. de nupt. & l. nupt. ff. de ritu nupt. & facit illud,
q. notat Innoc. in c. cum dilecti. ff. de emprio. & vendi-
tio. & Ioan. Andr. in c. cum laicis, extra dreb. eccles. non
alien. Id autem ea ratione dicendum est, quod ra-
3 tificatio, † quidam quasi contractus dicatur, quo
ratificans ad non contraveniendum contractui ra-
tificato obligatur. Id quod voluit etiam Domin. à
sancto Gemin. in consil. 128. num. 5. & Calcan. in con-
sil. 125. num. 21. inquit esse casum in l. si vt proponit. C. de
ritu nuptiar. & in l. nuptie, & in l. inter sacerorum. §. fin. ff.
de pact. dotal. & idem voluit Decius in consil. 536. nu-
mero 6. parte 4. & idem voluit etiam Ruin. in consil.
71. num. 32. volum. 3. Vnde ibidem infert legitimati-
4 onem à † filio fa. Etam ad auum sine eius consensu
non extendi: & ideo si ab auo † ratificetur, dici ite-
ruin auum legitimare. l. si liqueat. C. de inoffic. donat.
5 ybi inquit Bal. quod † si aliquis donat rem alienam,
dominusque donationi consentiat, talem donatio-
nem non vti à donante factam ratificandam esse,
sed vti ab eo facta, qui donationi consensit, & ideo
ad casum suum inferendo inquit, cum legitimatio
iterum fieri dicatur, in tali ratificatione, qua iterum
legitimatur ab auo, eandem solemnitatem requiri
requirebatur, si legitimatio ab ipso auo facta fuis-
set. Mouetur autem ea regula, quam ponit Bartol.
in l. ab emptione. ff. de pact. & in l. heredes palam. §. si quis
potest. ff. de testamento. & in l. 1. §. si filius. ff. de legat. 3. &
tradit Menoch. in consil. 32. num. 33. volum. 1. & ideo
inuestitur ratificatio infra annum sequi debet,
cum infra annum à nouo vasallo suscipienda sit. c. 1.
in tit. quo tempore miles.

C A P. XLII.

A R G V M E N T V M.

Solemnitas requisita in actu astrictu-
endo requiritur, requiritur etiam in
destruendo.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitas quæ requiritur in actu confiendo, requiri-
tur etiam in eodem annullando.
- 2 Testes quot in probando testamento requiruntur, tot
in eius reuocatione requiruntur.
- 3 Causa, qua quid nascitur, eadem dissoluitur.
- 4 Donatio causa mortis eodem modo reuocatur, quo re-
uocantur legata.
- 5 Legata dari non possunt, nisi quinque testes interue-
niant.
- 6 Solemnitas quæ requiritur in contrahendo, requiri-
tur etiam in dissoluendo.
- 7 Statuto disponete, vt ad actus probationem quedam
probatio requiratur, eadem in eiusdem distractio-
ne requiritur.

8. Resolutio contractus eiusdem naturæ esse dicitur, ex-
ius est contractus.

9. Debitum si ex forma statuti instrumento probari de-
bet, solutio seu debiti liberatio pariter instrumento
probanda est.

10. Contractus minorum sicut requirit decretum, ita et-
iam distractus.

11. Debitum si sit in scriptis contractum, eius dissolutio
pariter scriptura dissolui debet, vel saltem quinque
testibus idoneis.

12. Solutio contentorum in instrumento non potest pro-
bari, nisi scriptura.

Prosequendo ea, quæ paulo ante deduximus, di-
cendum est, † eandem solemnitatē, quæ in actu
inducendo requiritur, in eodem quoq; destruen-
do requiri, vt notat Roman. in consil. 65. num. 2. cu-
ius rei regulam & axioma esse dicit, vt est tex. in l. h. z.
redes palam. §. si quis post. ff. de testam. & in l. si puer. ff.
de sponsal. & in l. nuptia. ff. de ritu nupt. & in l. si vt propo-
nis. C. de nupt. & notat Bal. in l. omnium. C. de testam. &
in tit. de pace. Constan. colum. 10. in vers. nos Romanorum,
& in l. ex p/ acito. C. de rer. permitt. & idem voluit Nat-
ta in consil. 442. num. 1. vol. 2. per tex. in l. nihil tam na-
turale. ff. de reg. iur. & ita in his terminis decidit Card.
in c. relatum, il. 1. extra de testam. quem ibi sequitur
Imola, & idem voluit Alex. in rub. ff. de acq. poss. & in
l. inter stipulanteri. §. sacram. ff. de verb. oblig. & latius in
consil. 209. statutis accurate perspectis, col. fin. vol. 2. &
rursus idem voluit Natta in consil. 578. n. 2. vol. 3. per
ea, quæ voluit gl. in c. cum proponeretur, in verbo, quare-
tur ff. de leg. 2. quæ vult, vt quot † testes ad proban-
dum testamentum requiruntur, totidem in eiusdem
reuocatione exigantur, ad quod inquit non modi-
cum facere illam vulgatissimam regulam, qua dice-
re solemus, † easdem causas, quibus aliquid nasci-
tur, in eius dissolutione requiri. cap. 1. extra de reg. iur.
confirmatur per text. in l. Marcellus. §. 1. ff. de donat. caus.
mor. vbi in specie dicitur ad instar legatorum dona-
tiones causa mortis reuocari: & sic ibidem vult Iu-
reconsultus, vt eo modo, quo legata † reuocantur,
pariter & donationes causa mortis reuocentur: sed
legata † ad eorum validitatem quinq; testes requi-
runt praesentes, ergo pariter nisi prætentibus quin-
que testibus reuocari non possunt, vt voluit gl. in l.
fideicomissum. C. de fideicom. vbi ipse latius prosequi-
tur. & idem iterum firmat Natta in consil. 579. n. 6. eod.
vol. 3. & late de hoc tractatur in decis. Pedemon. 53. n. 10.
cum seq. per tex. potissimum in auth. econtra. C. de repud.
Vbi expresse habetur, solemnitatem † quæ in con-
trahendo exigitur, in dissoluendo quoque incerue-
nire debere, vt inquit Alex. in consil. 209. num. 23. vol.
2. & in l. centesimu. §. fin. in fin. ff. de verb. oblig. & Ial. in
consil. 141. num. 2. vol. 4. & Felin. in c. cum accessissent, n. 5.
extra de constit. vbi post gl. & Bal. ab eo relatios cōclu-
dit, quod quando ex forma statuti ad actus proba-
tionē quædam specialis probatio exigitur, eandem
quoque ad eiusdem actus destrucciónem requiri.
& ideo dixit Bar. in Lactor. num. 9. ff. rem ratam haburi.
ea, quæ necessario ad alicuius actus confectionem
requiruntur, pariter etiam ad eiusdem destrucciónem
requiri. At secus, si vltro, & ex mera voluntate
requirantur, Bar. refert & sequitur Paul. Castr. in l.
tria prædia, num. 1. ff. de seruit. rust. præd. & Decius in c.
cum omnes, col. 5. vers. aut in primo actu, extra de const. &
las. in l. omnium, n. 9. C. de testam. & in consil. 141. num. 2.
vol. 4.

vol. 4. & tradit Bart. in l. & idem ff. de condit. furt. nu. 2. 3 contractus † resolutionem eiusdem esse naturę, cuius est contractus, & sequitur Afflict. in decisio. 232. col. 1. & 2. & late Euerardus in tract. locorum legalium. 6. 19. & ad hoc facit regula l. prout quisquis. ff. de solu-
tio. & c. i. de reg. iur. & l. nihil tam natura/e. ff. de reg. iur.
vbi Decius, num. 3, adducit Anch. in consil. 350. dām
9 concludit, quod si ex forma † statuti debitū seu cre-
ditum scriptura aliqua probandum est, solutionem quoque ex scriptura probandam esse. Et sequitur idem Dec. in c. 2. col. 12. vers. postremo, extra de probat.
& in terminis emphyteufis, idem concludit Bal. in
consil. 220. vol. 1. & facit etiam illa regula, quod cōtra-
riorum eadem est disciplina. Accedant etiam ea,
quæ dixit Ias. in l. siue apud acta, col. 2. C. de transact. &
est tex. in l. si ad resoluendam. C. de prad. mino. quem ci-
tat Bal. in l. 1 in princ. C. si aduers. transact. dum inquit,
10 † quod sicut in cōtractu minoris decreto opus est,
ita etiam & in distractu opus esse: & eum refert, &
sequitur Hippol. in rub. de probat. n. 345. cum quatuor
sequentib. vbi plures ad hoc refert, & est etiā tex. in l.
11 testium. C. de testib. vbi enim † debitum in scriptis
contractum est, eius quoque dissolutio alia scriptu-
ra probanda est, vel saltem quinque testibus ido-
neis. Imo inquit ibi Salicetus, † solutionem con-
tentorum in inventario solum scriptura, vel quin-
que integrę opinionis testibus probari posse, vt vol-
luit etiam Bar. in l. generaliter, n. 8. & 9. C. de non num.
pecun. stantibus prædictis, iis, quæ in cōtrarium de-
ducuntur respondetur ex iis, quæ dicuntur in d. de-
cis. Pedemon. 53. n. 14. cum sequen. Præterea hanc ean-
dem conclusionem comprobatur decis. Pedemon. 75.
num. 4. & eam sequitur Afflict. in decis. 392. post num.
13. & tradit etiam iterum Bal. in c. cum consuetudinis,
num. 2. & Cephal. in consil. 212. num. 4. vol. 2. & Rimini-
nal sen. in consil. 104. num. 29. vol. 1. & Calcan. in consil.
91. num. 8. inquit, eandem solemnitatem in testa-
menti solemnitate requiri, quæ ad eius confectio-
nem necessaria est, vt ex supra deductis concluden-
ter (ni fallor) demonstratum est.

C A P. XLIII.

A R G V M E N T V M.

Solennitas in constituendo re-
quisita, requiritur quoque in refor-
mando.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitas eadem requiritur in reformatione, quæ in constructione necessaria est.
- 2 Solemnitas eadem & authoritas in noua Pontificis gratia requiritur, quæ in prima adhibita fuit, à qua pender secunda.
- 3 Confirmans illud, quod alioquin non valet, dicitur iterum dare.
- 4 Declarans nihil noui facit.
- 5 Solemnitas eadem esse debet in qualitate alterante subiectum, quæ in ipso subiecto, licet secus sit in qualitate non alterante.
- 6 Solemnitas minus exigitur, cum agitur de declaran-
da voluntate.

Eadem præterea solemnitas † in reformando requiritur, quæ in constituendo necessaria est, vt voluit Bart. in l. iurisgentium. §. adeo autem ff. de pact. & tradit Ioan. Bapt. Ferret. in consil. 53. num. 12. & 13.

& ideo vulgatissimam inquit iuris regulam esse, vt † eadem solemnitas vel authoritas in noua Pontificis gratia requiratur, quæ in prima adhibita fuit, à qua secunda pender, vel exordium sumbit, vt late probat Dominicus à sancto Geminiano in consil. 128. vbi id quinq; confirmat fundamētis: ad idem quoque subdens esse gl. pentult. in c. si Apostolice, de præben. in 6. vbi iterum Gemin. & Philip. notant, & Ludou. Rom. in consil. 73. in proprie casu. inquiens prædictis fuisse olim in Rota Romanę curię decisum, in gratia, quæ pender, à prima gratia expectatiua literarum expeditiōnem faciendam esse, & eam exprimi oportere non aliter ac in ipsa expectatiua. Erideo dixit Natta in consil. 420. nu. 7. vol. 2. eandem solemnitatem, quæ in actu confirmato requiritur, in actu quoque confirmante interuenire debere, cum actus inualidus confirmatur: secus vero si actus alioquin validus confirmetur, propterea quod minor solemnitas in actu valido quam inualido exigi solet, & ita inquit voluisse Cynum, quem Domini illius Rotæ referunt in decis. 332. licet Romana curia, in l. 1. C. de codicil. & sequitur ibidem Bal. & Castr. dum volunt, vt qui illud † confirmat quid essentialiter & vere non 3 valet, iterum dare censatur, & ex confirmata non ex confirmato agatur. l. possunt. §. si paganus ff. de iniusto, rupto, irrito, facto testam. His stantibus inquit non obstat tex. in d. l. heredes palam. §. sed si notam ff. de testam. propterea quod vbi voluntas iam valida declaratur, qui † declarat nihil noui facit. l. ordo. §. 4 cum quis. in fin. ff. de acquir. rer. domi. & tradit Bar. in l. qui ex liberis. §. testamento ff. de bon. poss. secund. tabul. inferens etiam ad Principis scientiam dispensatio-
ne inducentem: & vult vt in ea eadē solemnitas exigatur, & interuenire dicitur, quæ in actu confi-
ciendo requiritur, & ideo de ea sicut de gratia scri-
ptura constare debet, & resutus in eodem consilio,
num. 9. ait, in qualitate † subiectum alterante ean-
dem solemnitatem, quæ in ipso subiecto interuen-
ire debere: & si aliter de qualitate non alterante
dicendum sit, vt ea est, quæ vice demonstrationis
fungitur. Minor namque solemnitas sufficit in eo
casu, vt declarant Bal. & Imola in d. l. heredes palam.
§. sed si notam ff. de testam. Pariter etiam inquit non
obstat text. in d. c. audit. cum ibi notatis ab Abb.
extra de in integ. rist. Quia ibi agebatur de declarādis
verbis rescripti, videlicet quænam essent loca illa
ab illis regibus donata: sed iam dictum est, cū † agi-
tur de voluntate declaranda minorem solemnita-
tem sufficere: ergo mirum non est, si eadē non
adhibetur; nam declarās noui nihil inducit. Eodem
quoq; modo respondet Natta in eod. consil. 420. n. 9.
vol. 2. iis, quæ notat Bar. in d. l. cum proponeretur, pro-
pterea quod ipse & leges quas adducit de declara-
tione voluntatis loquuntur, vt ibi latius ipse prose-
quitur. Præterea quod in qualitate rei tanta sole-
mnitas non requiritur, prout in substantia requiri-
tur, tradit etiam Parisius in consilio 44. numero 12. vo-
lum. 4.

C A P. XLIV.

A R G V M E N T V M.

Solennitas in confiendo nec-
essaria, requiritur etiam in confirma-
tione & ratificatione.

S V M.

S U M M A R I A.

- 1 Solemnitas eadem quæ requiritur in actu conficiendo, requiritur etiam in confirmando.
- 2 Ratificatio etiam partis presentiam & consensum requirit.
- 3 Qualitas solemnitatem requirens, si cesseret, cessat etiam solemnitas.
- 4 Solemnitas causa si cessat, cessat etiam solemnitas.

Accedat prædictis, quod eadē solemnitas † quæ in actu conficiendo necessaria est, eadem met in actus nulli confirmatione, vel ratificatione requiritur. & ideo Paris. in eod. consil. 44. num. 12. vol. 4. ad venditionem infert, quæ nisi parte præsente & consentiente vel saltem interueniente nuncio vel epistola fieri non potest, & vult ut in eiusdem venditionis ratificatione † partis quoque præsentia & & cōsensus requiratur. & ratio est, quia ut diximus, eadem solemnitas exigitur in confirmatione actus nulli, quæ in ipsius confectione: vel in esse deductione: nisi forte tempore quo actus confinatur, ea qualitas desinat, cuius causa talis solemnitas † exigeatur, vt inquit Aret. in consil. 128. nu. 1. exemplum ponit potest in rei minoris alienatione: Nam cum in ea decretum iudicis requiratur, plane si maior efficiatur, contractus absque illa solemnitate fieri poterit, ea ratione quod cesseret causa ob quam solemnitas illa † introducta fuit. l. 1. C. si maior factus. & l. filius. §. si. & l. sequen. ff. ad Maced. cum autem solemnitas, quæ in actu conficiendo exigitur pariter ratificationis tempus respicit, vt est illa intrinseca solemnitas contractus emptionis: vt scilicet consensus & partium præsentia interuenire debeant, vel saltem nuncius vel epistola, quæ sane est forma contractus emptionis: siue contrahat maior, siue minor: & tunc præcedens regula locum habeat, vt scilicet, contractus præcedens ob formæ & solemnitatis defectum, si nullus sit, in eius confirmatione eadem solemnitas intrinseca requiritur, vt in his terminis inquit Bart. in l. si filius, in vlt. verbis. ff. de leg. 3. asserens notandum esse, quemadmodum in conficiendo testamento è solemnitate intrinseca formalis est, vt testator exprimat nomen hæredis: ita etiam in eiusdem confirmatione, cum à principio nullum est, dicendum sit.

C A P. XLV.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Solemnitas eadem requiritur in actu reficiendo quæ in faciendo.

Prosequendo ad vñteriora † eadem solemnitas in actu reficiendo adhiberi debet, quæ in ipso conficiendo, vt inquit Natta in consil. 364. num. 20. volum. 2. per ea, quæ voluit Bart. in l. nuptia ff. de iudit. & facere non modicum inquit illud, quod voluit Bart. in d.l. hæredes palam. §. si quid post ff. de testam. dum inquit errorem testatoris in voluntate declarante duobus testibus probari posse: in mutanda autem legati substantia, ob id quod in corpore erratum sit, vt integer testimoniū numerus intetuēiat oportere, alioquin talis permutatio legitime facta non intelligatur: & sic eadem solemnitas in ipsa permutatione, & sic actu reficiendo requiritur, quæ in eodem faciendo necessaria est.

C A P. XLVI.

A R G U M E N T U M.

Solemnitas in concedendo necessaria, requiritur quoq; in adimendo.

S U M M A R I A.

- 1 Solemnitas eadem requiritur in adimendo, quæ in legando ad pias causas.
- 2 Legatum factum ad pias causas, sicut valet corā duobus testibus, ita etiam eiusdem legati ademptio.
- 3 Ea, quæ in actu conficiendo requiruntur, eadem si in actu dissoluendo interueniant, satis est.

Contient cum prædictis, quod † eadem solemnitas in adimendo requiritur, quæ in concedendo: & ideo dicunt Doctores eam solemnitatem, quæ in legādo ad pias causas requiritur, in huiusmodi legatis adimendis sufficere, vt inquit Alex. in consil. 209. num. 17. vol. 2. & ideo regulam ponunt, vt eadem solemnitas quæ sufficit ad legandum ad pias causas, in eodem quoque vel aliis adimendis sufficiat. Vnde etiam infertur, vt † quemadmodum legatum coram duobus testibus ad pias causas subsistit, ita etiam coram duobus testibus adimi possit, vt inquit Card. in c. relatum, il. 1. extra de testam. & sequitur ibi Imola inquiens, huiusmodi ademptionem efficere, vt etiam ipso iure reuocatum intelligatur, vt est tex. in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & notatur in d.l. heredes palam. §. si quid post ff. de testam. Ea enim, † quæ in actu conficiendo adhibentur, in eius quoque dissolutione accedere debent, vt est tex. in auth. si filii. C. de repud. & ideo in terminis nostris dixit Bal. in l. fin. col. fin. C. de fideicom. quod si statutū disponat legata duobus testibus probari posse, pariter etiam eorum ademptionem duobus testibus probari posse, per ea quæ notantur in l. cum proponeretur ff. de leg. 2. & quia est quoque regula, vt contrariorum eadem sit disciplina. l. in fundo. ff. de rei vendic. & l. & si contra ff. de vulg. & pupil. substit.

C A P. XLVII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Solemnitas eadem, quæ requiritur in prolatione decreti, pariter requiritur in indictione munieris.

Accedat etiam, vt inquit Alberic. de Ros. in rub. ff. de munier. & hono. num. 12. † eandem solemnitatem quæ requiritur in prolatione decreti, exigi quoq; in publici munieris indictione. l. 1. ff. de vacat. mun. & l. si ad scribarum, & l. hi qui ad ciuilia. C. de appellat. Et si fortasse in ipsa indictione solemnitas omittatur, ipso iure non valet. l. nominationes. C. de appell. vbi late tradunt Doct. ad quos me breuitatis causa refero.

C A P. XLVIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Solemnitas aliqua cum non est necessaria, si in aliquo actu adhibeat minus legitime, actum illum non viciat.

Quoniam sæpe accidit, vt de nimia diligentia, vel saltem inepta dubitetur, merito de hac

con-

De Executionibus, Tractatus. §. 5. 301

controversia fuit aliquando apud Doctores dubitatum: & ideo licet præter rem propositam esse videatur, prædictis tamen adnectere satis opportunū duximus: Quidā in actu quigerebatur, † solemnitatē aliquam non necessariam, nec à iure requisitam, minus legitime adhibuit, an ob id actus vitetur & corrut, quæ situm est: Pro cuius dubitationis resolutione breuitati studendo, non corruere, sed subsistere respondendum est, vt voluit Siluan. *in conf. 26. num. 6.* & tradit etiam gl. *in l. vinum. ff. si cert. pet. & in l. qui testamento, in princ. ff. de testam.* & voluit etiam B. l. *in l. & quæ sine C. ad Trebell.* & tradit Bar. *in extra uagan. ad reprimendum. in gl. super verbor. signa & idem voluit Socin. sen. in confil. 99. n. 5. vol. 4. per text. in l. vnic. C. de rei vxo. actio. vbi inquit comprobari ex eo, quod per illum tex. dicit Bar. in l. 1. in princ. ff. de eden. & subdit consueuisse allegari gl. in §. in multis, Instit. de liber. quod propter periculum fugæ, vt sit sine ordine & sua solemnitate s̄pē de industria & ultro fieri & ordinari, vt habetur *in l. extat ff. quod met. caus.* & præsertim quia in extraordinariis ordo est, ordinem non seruare: & idem iterum voluit & firmauit Socin. sen. *in confil. 101. num. 2. eod. vol. 4.* vbi de captura loquitur debitoris fugitiui, & absq; vlla solemnitate etiam requisita à iure, vel statuto capti. Quandoquidem cum nulla solemnitatis necessaria sit, eius omissio actū improbate & minus validum reddere non debet. Ad quod facit etiam optime illud, quid dixit Ias. *in conf. 3. n. 6. col. fi. vers. secundo principaliter, vol. 1.* vt scilicet si in actu peragendo solemnitas à iure vel statutis requisita interposita sit, & deinde ultra debitam solemnitatem alia solemnitas adhibetur, quæ necessaria non sit, & etiam minus legitime, imo inepte adhibetur, actum tamen ob id non vitari, aut minus validum reddi, vt est tex. *in l. vnic. in princ. C. de rei vxo. actio. & tradit gl. notabilis in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. & gl. in d. l. vinum. in gl. magna, in fine. ff. si cert. pet. cum aliis concordantibus.**

C A P. XLIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Solemnitas si introducta sit in actibus gerendis, quæ deinde sit consuetudine sublata, & eodem in loco extet aliud statutum omnes contrarias consuetudines annullans, quomodo tale statutum intelligendum sit.

Quæ etiam de huiusmodi conclusione seu altercatione consuevit: Extat alicubi † introducere a statuto loci in actibus gerendis quædam solemnitas, quæ deinde consuetudine sublata est, & ibidem præterea aliud extet statutum omnes contrarias consuetudines annullans & irritans: quomodo hoc statutum intelligendum sit? In huiusmodi dubitatione August. Berous *in confil. 87. num. 28. vol. 3.* pluribus modis responderet. & primo statutum hoc de præterita, non autem de futura consuetudine intelligendum esse, per ea quæ voluit Ioan. Andr. & alii in c. fin. extra de consuetut. Secundo inquit de iis intelligendum esse, quæ pro gravi solemnitate requiruntur, non autem pro leui, vt colligitur ex iis, quæ de subscriptione clericorum deducuntur in alienatione rei ecclesiastice requisita: Quæ soleni-

tas, quia leuis est, consuetudine tolli potest, etiam quod in dispositione & statuto sit clausula annullativa, & canon seu lex verbis prohibitiis utantur. c. nulli, extra de reb. eccles. non alien. & c. sine exceptione. 12. q. 2. & c. 1. extra de his, quæ sunt à pralat. sine consen. capit. Nam etiam in eo casu, quo ad remittendam solemnitatem illam consuetudini contrariae derogatum videtur, vt voluit Abb. in d. c. nulli. Illud enim, quæ contrariae consuetudini derogatum dicitur, dispositum tantum causa & intuitu graui solemnitatis, non autem leuis, censetur, vt colligitur ex iis, quæ notat Imola in c. 1. extra de his, quæ sunt à pralat. sine consen. capit. Ex prædictis igitur illud colligitur, vt quotiescumq; consuetudo iam inducta erat, ei præiudicari intelligatur, vt videtur esse in casu nostro, cum consuetudine iam sublatam esse solemnitatem presumamus. Pariter etiam colligitur, vt de leui solemnitate non intelligatur, sed de gravi tantum: & ideo hoc à qualitate ipsius solemnitatis perdet, & ideo in hoc casu ad huius dubitationis solutionem, an sit leuis vel gravis solemnitas, inspicendum est, & id ex iis quæ supra hac de re deduximus, facile percipi potest.

C A P. L.

A R G U M E N T U M.

Solennia per Notariū in protocollo omissa an postea possint apponi.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnia omittendo si Notarius in imbreuatura, vel protocollo errauerit, ipse propria autoritate & ex suo officio apponere potest, & hoc dictum Bal. quomodo intelligatur. & num. 5. 6. & 7.
- 2 Erubescimus, cum sine lege loquimur.
- 3 Solemnia si omittat Notarius, quæ ex suo officio apponere debebat, testamentum falsum censetur.
- 4 Testamentum in dubio præsumitur valere, nisi dcrete visibili constet.
- 5 Notarius si per errorem omittit solemnitatem, seu formam statuti, actus est nullus, & error non excusat.
- 6 Error solemnitatis corrigi non potest.
- 7 Error commissus in solemnitate, corrigi potest.
- 8 Notarii confessioni super erroris correctione standum non est.
- 9 Error aliis est, qui in omittendo formam committitur, & hic non potest corrigi: aliis in apponendo formam, vel aliis quod erat aliter faciendum, & talis error potest corrigi auctoritate iudicis.
- 10 Error & imperitia vnius, alteri nocere non debet.
- 11 Notarius potius præsumitur errare, quam dolose facere.

DE solemnitate cum hucusq; multa dicta sint, illud etiam quod ad Notarii omissionem pertinet, omittendum non est, & in primis dicendum est, Bal. *in rub. C. de fide instr. col. 7. vers. sed pone,* voluisse vt si Notarius in sua imbreuatura seu protocollo, † solemnia in instrumento, vel actu qui getitur requisita, apponere prætermisit, possit ipse deinde ex suo proprio officio apponere: exempla autem omissionis ponit in die, vel consule: & rationem affert ibi Bal. quia non functus officio suo August. autem Berous *in confil. 1. num. 70. cum seq. vol. 2.* reprehendendo Bal. inquit, nihil ad illud confir-

C C mandum

mandum adducere, & ideo cum eo sentiendum non esse, cum dici soleat, t̄ erubescimus cum sine lege loquimur, l. illā. C. de collat. & ideo eius opinionem magistralē esse, non autem necessariam, & ideo ei standum non esse, nisi quatenus lege vel ratione probetur, vt de opinione gl. Bart. in l. prolatam. C. de senten. & ob id subdit ibidem August. Berou. contrarium potius verius & probabilius videri: cum testamento, in quo notarius solemnia, t̄ quae ex suo officio apponere debebat, omisit falsum cōfesseatur, l. iubemus. C. de testam. & voluit Richar. Malumb. in l. si post divisionem. C. de iuris & facti ignor. vbi Bar. quoque dixit, testamentum t̄ in dubio valere censendum esse, nisi de virtu visibili constet, argumento l. 2. & fin. cum ibi notatis. C. de dicto diui Adrian. tollen. conatur tamen Berou. prædictis non obstantibus dictum Bal. in eod. consil. num. 73. ab oppugnationibus contra eum factis, pluribus modis tueri: & primum loqui, t̄ & ita intelligendum esse arbitratur, quando notarius qui aliqua solemnia omisit, vult in eadem scriptura, in eodemq; protocollo, vbi illa omisit, supplete: Nam tuhe ex suo officio omessa supplere eum posse arbitratur. Si vero ex illa prima scriptura exemplum aliquid sumere vellet, & in eo illud supplere, quod in prima matrice seu originali omisisset, id ei permittendum non esse, propterea quod in eo casu suspicio otiretur: & ob id ad primam matricem, vt appellant Doctores nostri, seu primam scripturam recurrendum esset, & ei standum, vt dixit idem Bal. in l. nostram, col. pen. vers. tertio quaritur. C. de testam. cum aliis, quos refert Berou. in eadem consil. num. 5. Secundo loco idem Berou. t̄ in eodem l. consil. num. 73. dicit, prædictum Bal. dictum tunc procedere, quando de errore tantum quereretur: secus vero si de fide instrumēti: utputa si testamentum falsum diceretur, vel non fuisse factū, vel perfectum aut lectum, quo casu questio de fide instrumenti esse diceretur: & tunc Notarius quicquam addere nō possit, vel supplere eorum, quae ipse imperitia vel negligentia sua omiserit. Præterea t̄ testatio loco inquit eodem in loco Berou. nu. 45. & 46. prædictum Bal. dictum in illa Rub. C. de fide instrum. verum non esse, & contrarium tenere communiter Dd. in l. errore, vbi Castrenſ. & alii. C. de testam. vbi etiam idem August. Berou. latius prosequitur. Qui iterum in consil. 5. n. 8. vol. 2. inquit, vbiunque t̄ Notarius errore aliquo ductus solemnitatem seu formam statuti omittit, actum ipsum nullum esse, & errorem non excusare, vt dixit Bal. in l. ambiguities, in fin. C. de testam. subdens ex interuallo talem solemnitatis omisſae errorē à Notario t̄ ad instar testamenti corrigi non posse, in quo error solemnitatis corrigi non potest: & latius idem voluit Bal. in l. Imperator, in fin. in l. lectura. ff. de statu homin. dum inquit, quod si errore notarii legitima solemnitas omisſa sit, actus vitiatur, vt notatur in d. l. ambiguities, in princ. col. 3. post Dynum in consil. 13. qui voluit, talem errorē solemnitatis omisſae à Notario corrigi nō posse, et si error t̄ solemnitatis, nō autem omissionis solemnitatis corrigi possit. & Bal. in d. l. Imperator, col. 2. inquit, quod si coram iudice petitio correctionis erroris producta fuerit, Notarii confessioni standum non esse, cum dicto unius testis, & in iis presertim, in quibus maior testium numerus requiriatur, quam in iis, in quibus duo testes sufficiunt: nam ad docendū de errore, clara probatione opus

est, & multo clarior si notarius iam decesserit, vt inquit idem Bal. in ead. l. col. 2. & in l. cum proponebatur, in fin. vbi tradit etiam Alex. ff. de leg. 2. & ideo subdit, t̄ alium esse errorem, qui in omittendo solemnitatem vel formam committitur, & hic corrigi non potest, vt dixit Bal. in loco supra adducto, & Dec. in l. si librarius. ff. de reg. iur. Alius vero in apponendo formam, vel aliquid aliud, quod aliter faciendum erat: & huiusmodi error etiam iudicis autoritate & ex interuallo corrigi non potest, vt voluit Bal. in d. l. Imperator, & ita quoq; loquitur idem Bal. in tit. de pace Constan. in vers. pactu. His tamen non obstantibus, contrarium voluit idem August. Berou. in consil. 8. 7. nu. 5. & 6. vol. 3. dum inquit Alex. late hanc cōclusionem discutiendo in d. l. iubemus. C. de testam. voluisse extra causam testamenti & alios nonnullos speciales casus, de quibus ibi, si Notarius omisit aliquid scribere, quod sit de substantia actus, illud imperitia & errore notarii omissum censeri, cum illud scribere ad eius officium pertineret, id tamen parti præjudicium afferre non debere, vt habetur in c. quoniam contra fallam, extra de probatio. t̄ Error namq; & imperitia vnius alteri no. 13 cereatione debet, arg. l. non dubium C. de legib. & est tex. in termino iuncta gl. in l. si librarius. ff. de reg. iur. vbi inquit Bartol. errorem notarii in iis, quae ad eius officium spectant, nocere non debere, etiam si illud in quo erratur, de solemnitate sit: t̄ nam regula est, in 14 Notariis, vt potius error quam dolus præsumatur, specialeque est, in casu. d. l. iubemus, dum ille tex. vult vt Notarius omittens in testamento solemnitatem à iure requisitam de falso puniri possit, & ex consequenti in eo dolus, & nō error præsumatur: Nam, vt diximus, regulariter si Notarius omittens actus solemnitatem imperitia & errore suo omisso præsumitur, vt colligitur ex iis, quae voluit Alex. in d. l. iubemus, & tradit Bat. per illum tex. in d. l. si librarius. vbi notat etiam gl.

C A P. L I.

A R G V M E N T V M.

Solennia in prohibito casu interuenisse, non statur assertioni prælati.

S V M M A R I A.

- 1 Solemnitas quod interuenit in materia prohibita, assertioni prælati non statur.
- 2 Assertioni prælati & capituli non sufficit.
- 3 Assertioni prælati statur, quando res est adeo antiqua, vt hominum memoriam excedat.
- 4 Decem anni efficiunt, vt res dicatur de antiquo.
- 5 Verbis narratiis & enunciatiis eorum, que antiqua dicuntur, fides adhibetur.
- 6 Solemnitas præsumptione alicuius cum tractatur, si interuenit longa possessio & patientia diuturna alicuius, cuius consensus pro solemnitate requiriatur, titulum solemnem interuenisse præsumitur.
- 7 Statuto si caueatur & disponatur, vt filius sine consensu & licentia patris contrahere non posse, & accidat, vt filius alienet, si emptor diu tenuerit rem vel bona alienata patre sciente & patiente licentiam patris interuenisse præsumendum est.

8 Prælati

- 8 Prælatus si diu fuit in possessione prælature, ab episcopo legitime institutus præsumitur, licet titulum probare non possit.
- 9 Statuto si caueatur, vt mulier se obligare sine consensu propinquorum non possit, post longum tempus à die obligationis præsumitur solemnitatem & consensum propinquorum interuenisse.
- 10 Emphyteuticā vel feudalem vt rem si quis tenuerit, præsumitur concessio in perpetuum præcessisse.
- 11 Prælatus vel canonicus si diu in aliqua ecclesia quis fuerit, inde probatur quod sit legitimus prælatus vel canonicus.
- 12 Alleganti interuenisse consensum capituli, illud, quod dicit probare debet.
- 13 Solemnitas præsumitur, nisi contrarium probetur.

Solemnitatem interuenisse † in materia prohibita non statut assertioni prælati, eam interuenisse attestantis, vt concludit Archid. in c. hoc ius porrectum. 10. q. 2. & Cardin. Petr. de Anch. & Imola in c. quod quibusdam extra de fidei suff. & Butr. in c. i. extra deposit. & Anch. in clem. i. extra de reb. eccles. non alien.

2 Quinimo prælati † assertio, capitulique non sufficit, vt voluit gl. in Authen. de non alien. §. si vero, & hoc idem tenet etiam Iacob. de Beluis. & rursus idem Archid. Butr. Anch. & Imola in locis adductis à Socino seniore in conf. 52. num. 5. vol. 4. & Guliel. & Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. & notat Cynus in l. i. quæst. 15. C. de confess. Huiusmodi autem conclusio, quod assertioni prælati non stetur, limitatur primum ex iis, quæ tradit Menoch. in conf. 90. num. 29. cum seq. vol. i. dum vult, vt vbiunque † res adeo antiqua est, vt hominum memoriam excedat, ex quo tunc omnia solemniter acta præsumuntur, ei credendum esse arbitratur, omnia solemniter gesta fuisse, & ex consequenti solemnitatē requisitā interuenisse: & præsertim immemorabilis temporis quasi possessione accedente, vt inquit Bal. in confil. 511. quidam prælatus, col. 2. vol. 2. dum respondet alienationem bonorum ecclesiæ ob temporis longitudinem & quasi possessionem solemniter facta fuisse præsumendum esse: id quod de alienatione quoque bonorum minoris dicit etiam Corn. in confil. 109. in fi. volum. 3. Quos sequutus est Aymon Crauet. in tract. de antiquit. tempo. in tertia parte, in 4 princ. num. 2. vb. vult 10. † quoque annos tantum ad hoc, vt res antiqua dicatur sufficere: & idem iterum voluit Crauet. in confil. 258 num. 13. & 14. & Gozad. in confil. 11. num. 12. & 13. & ideo subdit ibidem Menoch. num. 44. † verbis narratiis & enunciatiis in antiquis etiam contra tertium fidem adhiberi, vt concludere videtur Alex. in confil. 219. num. 26. versic. non obstat etiam, volum. 6. & Hostiens. & Ioan. Andr. in c. Albericus, extra de testib. vt refert Alexan. in confil. 17. num. 9. volum. 4. per text. in l. si arbiter. ff. de probatio. & loquitur de tempore centum annorum, vt ibi, & notant Doctores in c. veniens, & in c. quid per nouale, extra de verb. signific. & glos. & Ang. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negot. gest. cum similibus. & rursus idem Alex. in confil. 12. num. 7. ead. vol. 4. inquit, † cum queritur de aliqua solemnitate præsumenda, si longa possessio & patientia alicuius, cuius consensus pro solemnitate requirebatur interuenient, titulum solemnem interuenisse præsumendum esse, & ita ait procedere illud, quod habetur in d. l. si filius. ff. de petit. hered. & in l. qui in alie-

na. ff. de acquir. hered. & late notat Bart. in sua disputatione incipiente, quædam mulier habet amplum patrimonium, in fi. vb. etiam illud addit, id quod dimisimus, tunc locum habere, cum agitur de modico præiudicio, alias vero secus, per tex. in l. nullo. C. de rei vendic. cum similib. Præterea idem quoque firmat iterum Alex. in conf. 79. nu. 4. vol. i. dum loquitur de solemnitate consensus capituli: & vult, vt ex quo elapsedi erant sexaginta anni & ultra, ob temporis longitudinem & lapsum tanti temporis concessio iure facta intelligatur, vt est tex. quæ Bar. & Dd. singularem & valde notandum existimant, in d. l. si filius. Vnde dixit ibi Bal. si statuto † caueatur, filium 7 sine patris expressa licentia contrahere non posse, si filius alienet, & emptor diu patre sciente & paciente rem ipsam alienatam tenuerit, licentiam & consensum patris præcessisse intelligendum & præsumendum esse: & si de eis non constet: & iterum Bal. in d. l. qui in aliena, argumentum colligit, quod si † prælatus diu in quasi possessione prælature fue- 8 rit, ab episcopo legitime institutas censcatur, et si titulum probare non possit. Pariter etiam voluit Bal. quem sequuntur ibi recentiores, quod si statuto † caueatur, mulierem sine consensu propinquorum 9 obligari non posse: elapsi tamen longo à die initæ obligationis tempore, solemnitatem & consensum propinquorum interuenisse præsumendum esse: quemadmodum etiam, vt eodē in loco refert Bal. post eum Angel. † si quispiam diu rem vel bona, vt 10 feudalia vel emphyteutica tenuerit, concessionem solemniter in perpetuum præcessisse præsumendum est, vt voluit gl. notabilis in l. fin. in gl. magna, in fi. C. de iure in ur. & facit optimie ad hoc illud, quod notatur in l. cum de in rem verso. ff. de usur. & notat etiam Guliel. de Cuneo. in l. male agitur. C. de prescript. 30. anno. & Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua, versic. 142. Quod putat Ang. memoriam mandandum, referens in facto etiam habuisse: & idem notatur in l. omnes. C. de prescrip. 30. anno. & in d. l. male agitur, & in l. cum notissimi. §. fin. ff. eod. tit. Facit præterea illud quoque, quod notat Bart. in l. competit. post gl. eod. tit. & facit tex. in c. si quis per 30. in tit. si de feudo fuerit controuer. inter dom. & agnat. & illud quoque, quod notat Hostiens. & Ioan. And. in c. illud extra de præsumpt. vbi dicunt, † quod si quis vt prælatus, vel canoni- 11 cus diu in aliqua ecclesia fuerit, inde cū legitimum probari fama saltem vicinorum accidente, argumen- to c. quia verosimile, extra de præsumpt. & est etiam ad hoc tex. optimus in c. ea noscitur, extra de his, quæ sunt à prælat. vbi expresse habetur, quod ei, † qui dicit consensum capituli non interuenisse, 12 onus probandi incumbit, prout expresse ibidem asserit glos. & eam ibi sequitur Ioan. Andr. si capitulo non reclamet, quod sane post 40. annos reclamare non potest, cum obstat præscriptio, vt inquit ibi Ioan. Andr. quod etiam ibidem velle vide- tur Inno. & præsertim si post actum iam perfectum opponatur, & consensum capituli non interuenierit: Et ratio est, vt ipse ait: quia † pro solemnitate præ- 13 sumitur, nisi contrarium probetur, & id maxime in contractu antiquo locum habere dicendum est, vt inquit ibi Butrius per ea, quæ notat Ioan. Andr. in d. c. Albericus, extra de testib. & Cynus in l. emancipatio- ne. C. de fide instrum. & Innocen. in c. innontavit, extra de eo, qui ordin. furt. suscep. & facit etiam illud, quod notat Bal. in l. admonendi, colum. II. versicul. quero,

quid si reperiuntur. ff. de iure iurari. vbi latius ipse prosequitur.

C A P. LII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

¹ Solemnitati licet simplici pacto renunciari non possit, iure iurando tamen potest.

Omittendum etiam non est, quod licet [†] solemnitatibus simplici pacto renunciari non possit. *I. nemo potest. ff. de lega.* *i.* eis tamen iure iurando renunciari posse, inquit Rolan. à Valle in *consil.* 25. *número.* 16. *vol.* 2. & est tex. in *auth. sacramenta puberum.* C. si aduers. venditio. & est quoque tex. in *l. lex.* qua *tutores.* C. de admin. tuto. & in *l. magus puto.* §. ne paßim. ff. de reb. eorum. & tradit etiam *Ruin.* in *consil.* 121. *col.* 1. *vol.* 1.

C A P. LIII.

A R G U M E N T U M.

Solennitas in casu vbi non præsumitur, est probanda per asserentem.

S V M M A R I A.

- ¹ Solemnitas vbi non præsumitur, probanda an sit.
- ² Solemnitatis stipulationem ille intentare debet, qui inititur stipulatione.
- ³ Solemnitas stipulationis, quæ dicatur.
- ⁴ Solemnitas probanda est, cum aliquid testibus probandum est.
- ⁵ Testis ut probet stipulationem, quid dicere debeat.
- ⁶ Probationis testimoniū & instrumenti differentia.
- ⁷ Promissionis verbum est aquiuocum.
- ⁸ Testis dictum in dubio contra inducentem intelligitur.
- ⁹ Stipulatio ipsa scriptura præsumitur.
- ¹⁰ Testis si de stipulatione deponat, ulterius non interrogatus, optime probat.
- ¹¹ Verbi conuenit, & verbi promisit, differentia.

Fuit etiam aliquando apud Doctores nostros contiouersia, an [†] solemnitas actus, qui proponebitur, probanda sit? In hac contiouersia, Bal. in *l. i.* C. de *vsur.* solemnitatem probandam esse censuit: & ideo dixit eum, [†] qui stipulationem deducit, eius solemnitatem intrinsecam probare debere: quæ quidem in ordine & tempore ac consensu consistit. 3 In ordine, ut præcesserit [†] interrogatio, & responsio subsecuta sit. In tempore, ut in continentivtraque facta sit, absque scilicet notabili interuallo, in consensu ut circa idem conueniant. *l. i.* §. cum adiuite. ff. de verb. oblig. & *l. iurisgentium.* §. quod fere ff. de pact. In contrarium vero ibidē opponendo inquit idem Bal. solemnitatem probandam non esse dicendum cœseri: cum, vt paulo ante diximus, omnia solemniter acta præsumantur. §. si ita scriptum. *Instit.* de inutili. *stipul.* & §. si. *Instit.* eod. tit. & *l. i.* C. de contrah. & committ. *stipul.* Verum his ita inter se repugnantibus, pro solutione contrariorum inquit Bal. aut [†] aliquid testibus probandum est, & tunc non solum factum probandum esse, sed eius quoq; solemnitatem, & ideo tunc existimat non sufficere, [†] si testis dicat promissum suis se, nisi etiam interrogationem præcessisse ostendendo exprimat, & respōsionem esse subsequitam, ut habetur in *d. l. i.* Ratio autem est,

quia dictum testis in benignorem & fauorabilem partem recipere & interpretari debemus. *I. legge Iulia.* in secundo responso. ff. de manu testa. vbi est text. notabilis, & notat etiam Cynus in suis additionibus. Aut vero [†] aliquid instrumento probandum est, & tunc satis esse existimauit, si in ipso instrumento promissum fuisse continetur, et si solemniter promissum esse non exprimat: & ita loqui contraria arbitratur, quæ supra deducta sunt. Hęc opinio fuit Ioan. Andr. & pro ratione diuersitatis adducitur q; tabellionis artis tabellionatus periti sunt, quæ in eo consistit, vt recte instrumenta conficiant, suamque eis solemnitatem adhibeant: alioquin in culpa esse dicerentur. *I. vlt. ff. de magistr. conuenien.* At secus quidem de teste dicendum est, in quo peritia nec requiritur, nec præsumitur, nec eius imperitia actus perimit, vt inquit gl. notabilis in *d. §. si ita scriptum*, & ita subdit ibidem B. l. tenere communiter Docto. ibi, & præsertim Iacob. Butrig. qui aliam rationem adducit. Nomen namque [†] præmissionis, inquit ipse, æquiuocum & generale est, & ideo in dubio [†] dictum testium contra producentem intelligentem esse. *c. cum in presentia, extra de probat.* In tabellione autem, qui instrumentum de consensu & voluntate vtriusque partis conficit, & plerunque interueniente consilio sapientis solemnitatem præsumi, & præsertim cum testis etiam contra inuitum aliquando producatur: quod in instrumento accidere non potest, cum in eo vtriusq; partis consensus requiratur. Verum Vgolinus hanc rationem non probat: inquit enim ipse, cæteris paribus idem de testibus, quod de instrumentis dicendum esse: vtpūta si pohamus pariter testes & tabelliones peritos esse, vt voluit Bartol. & ideo subdit hanc peritiae bonam & concludentem rationem non esse: vtpūta si sit ille qui scribit mercator, quem sane nescire quid sit stipulatio credendum est, & quemadmodum fieri debeat: & tamen ex huiusmodi [†] mercatoris scriptura stipulatio præsumitur, vt habetur in *d. §. si ita scriptum*, & ideo aliam refert rationem, videlicet quod testes de sensu corporis deponere debeat: & ideo quando etiam expresse diceret per stipulationem promisisse quempiam non probent, propterea quod eo modo deponendo de iure non per sensum corporis deponere dicentur: & vt adderent interrogationem præcessisse & responsionem subsequitam esse oportet, quod in facto & verborum prolatine consistit. Tabellio autem vel quilibet alias scribens non solum facto, sed etiam iuri adhibetur: & ideo si verbum iuris: vel tale, quod ad ius referri possit ex primatur, eis vt voluit Bart. credendum est. Cynus vero, vt Bal. ibi interpretatur, inquit quod si [†] testis de stipulatione deponat, & ulterius non interrogatur, probat optime, vt habetur in *d. l. i.* C. de *vsur.* vt voluit etiā Petrus & si Cynus in ipsa additione eam limitare videatur: sed Bal. eodem in loco declarando hanc conclusionem opinioni Bartol. adhæret, & eam approbat quatenus stipulationis nomen à muliere vel rustico deponentibus prolatum sit, propterea quod cum illius significatum ignorent, subornati præsumuntur: secus vero si ab illis proferatur, qui verosimiliter vocabuli vim & sensum intelligere credantur: Nam tunc Cyni opinio, de qua supra mentionem fecimus, locum habere potest, vt scilicet in instrumentis quoq; solemnitas non

De Executionibus, Tractatus. §. 5.

305

ii non præsumatur. l. lecta. ff. si cer. pet. vbi cunque † in eo verbum conuenit, continetur: & tamen pactum nudum continet. At Bart. prædictis respondendo differentiam facit an dicatur promisit, vel conuevit, & sic in illorum verborum prolatione, propte. ea quod verbum conuenit, generalius est. l. i. §. conuen. turus. ff. de pact. Verum Bal. subdendo inquit, eo in loco verbum conuenit, vel promisit, circa usurarium vel vœnam, & iuxta contractum, qui re contrahitur appositorum fuisse, & ideo stipulationem præsumendam non esse, vt ibi habetur: & id inquit odio esse usurarium, & pœna, argumento l. seruus ea. ff. de seru. export. at vbi promissio est fauorabilis, vel nec fauorabilis, nec odiosa, ex instrumento præsumitur solemnitas. l. sciendum. ff. de verb. oblig.

C A P. LIV.

ARGUMENTVM.

Solennia iudiciorum an omitti possint, cum partes eis renunciantur.

S U M M A R I A.

1. Solemnitati iudiciorum, an partes renunciare possint.
2. Partes acta nulliter facta, an probare possint.
3. Statutum permittens vindictam, non procedit in eo qui per alium vlciscitur.
4. Vindicta, quare permissa sit.
5. Statutum si prohibeat mulierem contrahere sine consensu propinquorum, ratificatio non sufficit.
6. Renunciari statuto ideo non potest, quia ea facilitate quæ inducit ad contrahendum, induceretur ad renunciandum.
7. Consensus partium vbi data est forma nihil operatur, nisi sit data in fauorem partis.
8. Actus vbi est nullus ipso iure, consensus partium nihil operatur.
9. Forma data in literis ad beneficia fauore impetrantis renunciari non potest.
10. Forma decreti renunciari non potest.

1. **Q**uærendum etiam est, an † partes iudiciorum solemnitatibus renunciare possint? Hanc dubitationem Felin. in c. de causis, num. ii. extra de offic. & potest. iudic. deleg. in duas conclusiones distinguit. Prima est, vt partes in totum solemnitatibus iudiciorum renunciare possint: & tunc iudex quasi quidam arbitrator sit, vt voluit gl. in c. fin. versic. illustrium, de re iudic. in 6. At secus in aliqua parte, vt est tex. in l. 2. C. commun. utriusque iudic. vbi expresse habetur, partes sententiam nullam in vim pæti confirmare posse. & idem voluit etiam gl. in c. statutis. 2. q. 1. & in d. 2. c. de causis. Secunda vero est conclusio, vt licet † partes solemnitatibus iudiciorum renunciare non possint, possunt tamē aliqua acta nulliter facta, vtputa attestaciones, & alia huiusmodi approbare, vt voluit Innocen. in c. cum causam, extra de testibus, & sequitur Rota in decis. 258. si auditor, in nouis, vt refert Felin. ibi. & in decisio. 421. itē nota in antiquis. Quid autem de solemnitatibus formalibus? Felin. in c. si. §. is autem. num. 4. extra de offic. & potest. iudic. deleg. plures format obiectiones: & primum obicit de tex. in l. seruus si heredi. ff. de statu liber. iunctis iis, quæ dixit Bal. in c. 1. §. si quis. in tit. de pace iuramen. firman.

dum inquit † statutum vindictam permittēs, eum 3 qui per alium vlciscitur, non comprehendere: & exconsequenti verba personam denotantia in favorem partis per alium expediri non posse. Ergo? Felinus eodem in loco huic primæ obiectioni respondendo, inquit, recentiores sui temporis Doctores illud dictum dubium esse censuisse, & ideo respondere consueisse, id esse pœnale, & contra ius commune: vel subdit respōdendum esse, ut ipse dixit in c. que in ecclesiistarum, in versic. nouus casus, extra de constit. dictum illud † Bal. non ideo locum habere, quod lex vindictæ fauere velit, sed quia excusat eum qui vlciscitur, ob id quod dolorem & animi motum temperare nō possit: quam quidem rationem in eo, qui per alium vlciscitur, omnino cessare dicēdum est. Sed iudicio meo, hæc responsio dubitationem non tollit, quandoquidem non videatur minus hac de causa excusandus ille, qui suis manibus vindictam sumit, quam ille, qui per alium id facit: nam eodem dolore & animi motu viderur compellus ille, qui per alium sumit vindictam, quo ille, qui suis manibus vlciscitur; satis enim est, quod dolori & animi motui non parcentes vindictam & vltionem sumere destinauerint: vindictam enim propriis manibus sumere, vel per alium potius animi fragilitatem denotat, quæ in dolorem & animi motum. Sæpe enim accidit, vt pusilli ames vehementiori dolore & animi motu commoueantur, & ad sumendam vindictam inclinetur, licet id propriis manibus facere plerunque non audeant. Secundam autem obiectionem colligunt ex iis, quæ dixit Bal. in l. i. col. 20. C. qui admit. dum ibi voluit, vt stante † statuto prohibente mulieres sine propinquorum consensu contrahere, ratificationem non sufficere, ob id quod mulieres ab huiusmodi statuti forma ac solemnitate recedere non possint: & ideo licet talis forma & solemnitas in partis fauore, hoc est ipsarum mulierum introducta sit, ab ea tamen recedere & ei renunciare non possunt. Ad hanc obiectionem inquit respondere recentiores, ideo in eo casu mulieres fauori suo renunciare non posse, quia illud dictum Bal. prorsus partis fauorem, & sic ipsarum mulierum non cōcernit, sed potius ipsius Reipub. cuius interest, ne quis res sua male vtratur. Vel subdit eodem in loco Felinus, ideo huiusmodi statuto † renunciari non posse, quoniam eadem facilitate seu fragilitate, quæ ad minus utiliter contrahendum inducuntur, ad renunciandum statuto inducerentur: & ideo ne id accidat, ne statuto, renunciare possint à iure introductū est. Tertio præterea loco hac in re opponitur de iis, quæ tradit Bal. in auth. iubemus. C. de iudic. dum inquit † data forma partium cōsensum nihil efficere posse. Ad hanc obiectionem respondet ibidem Felinus, obiectionem tunc procedere, cum forma in fauorem partis data non est, ea vero ad partium fauorem constituta & introducta obiectum locum non habere. Quarto loco iterum aduersus conclusionem præcedentem obicitur de iis, quæ voluit gl. in l. a Diuo Pio. ff. de ritu nuptia. dum ipsa vult, vt vbi † actus est nullus ipso iure, consensus partium nihil efficiat vel proficit. Et sic videtur Felinus eo in loco concludere partes huiusmodi solemnitatibus renunciare posse, ad quem se refert Cardinal. Alben. in d. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. Hæc igitur cōclusio ita à Felino approbata, & ex prædictis confirmata:

duobus modis, ut ipse censuit limitatur: & primum dicit ipse, in forma data in literis ad beneficia fauore impetrantis locum non habere, propterea quod ei etiam quod in fauorem partis introducta sit, renunciari non potest, ut est tex. in c. ii, cui conceditur de praben. & dignit. lib. 6. Secundo etiam loco limitat, & locum inquit non habere in clausula decreti, ut propterea quod ab ea forma, etiam quod sit in fauorem partis, recedi non potest, ut voluit gl. in d. c. dilecto. in vers. in clausula, extra de praben. & tradit idem Felinus in c. cum accessissent, in princ. in versic. tercia declaratio. extra de constitut. & ita inquit intelligenda esse ea, quae tradit gl. in d. l. à Diuo Pio. quae loquitur in casu, vbi est clausula decreti, & ideo mirum non est, si ei renunciari non potest.

C A P. L V.

A R G V M E N T V M.

Solennia statuto præcepta, forensem non ligant, nisi actu gerat in loco statuti.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de solemnitatibus forensem & exterum sive alienigenam non comprehendit, nisi actum faciat in territorio statuentium.
- 2 Solemnitatum attenditur locus ille, vbi actus celebratur.

Adnotandum etiam est hoc loco, statutū † loquens de solemnitatibus forensem extraneum se alienigenam non comprehendere, nisi actum gerat in territorio statuentium. *I. si fundus. ff. de euict. & l. i. C. de emanc. liber. & tradit Cephal. in consil. 17. num. 26. vol. 2.* Nam, ut inquit idem Cephal. in consil. 210. quod precedet, num. 21. † quotiescumque de solemnitate agitur, locus ille attenditur, vbi actus celebratur. *l. 2. C. quemadmo. testam. aperian. & tradit Cygnus in l. 2. q. 2. C. que sit longa consuet. & Dynus & Bar. in l. cōtraxisse. ff. de actio. & obligat. & in l. 1. prope finem. ff. de tutor. & curat. datis ab his. & Paul. Castr. in l. exigere, circa principium. ff. de iudic. & in l. cum antiquitas. num. 2. C. de testam. & Alex. in consil. 44. videtur, col. 1. & fin. versic. postremo, col. 5. & Aret. in consil. 54. & in consil. 83. & Ias. in consil. 48. num. 3. volum. 1. & consil. 59. col. fi. vol. 3. & Gozad. in consil. 49. num. 15. & Cagnol. in l. semper in stipulationibus, num. 5. ff. de reg. iur. & generaliter omnes Canonistæ in c. quod clericis, extra de foro competen. & Legistæ in l. 1. C. de sum. Trinit. & fide cathol. & alibi sepe Jephius.*

C A P. L VI.

A R G V M E N T V M.

Dationis in solutū petendæ formula.

S V M M A R I A.

- 1 Dationis in solutum petitio, quomodo fieri debeat.
- 2 Simplex petitio ut bona debitoris sibi in solutum dentur non procedit.

Dationem in solutum, quia petitio præcedere debet, merito antequam ad alia procedamus, † quemadmodum talis petitio fieri debeat, in primis inspicendum est. Forma igitur huius petitionis talis est: debet enim creditor petere, bona debitoris vendi emptore reperto: eo autem

non reperto, sibi in solutum dari. † Plane si simpli- 2 citer & absolute peteret, bona debitoris sibi in solutum dari: huiusmodi petitio nō procedet, ut notat Bart. in l. pro debito, num. 2. C. de bon. author. iudic. posiden. vbi inquit, legem illam valde notabiliter esse, ex eaque manifeste apparere, eam petitio nem vt bona sibi in solutum dent, non procedere: vnde inquit Castren. ibidem, eam petitionem v. on subsistere. Animaduertendum tamen esse arbitratur, eam in casu quo emptor non reperiatur subsistere posse, ut patet ex rub. cu. m. in ea dicatur, de bonis autoritate iudicis possidendi, cu. loquatur de bonis, quæ non reperto emptore in solutum dantur, sed reperto emptore vendantur: & idem voluit ibidem Salic. in l. notabili, ca potissimum motus ratione, quod creditor in subsidium tantummodo admittatur emptore non reperto, ut est tex. in l. ordo. C. de executio. rei iudic.

S. VI.

C A P. I.

A R G V M E N T V M.

Subhastitutionis origo, mos & solennia apud antiquos.

S V M M A R I A.

- 1 Subhastitutionis antiquitus inducta.
- 2 Bona proscriptorum sub hasta vendi solita, ac etiam vectigalia.
- 3 Bello capti & serui ere comparati ex edito lapide enunciabantur.
- 4 Seruus trans mare adductis cum venales erant, ut a ceteris mancipiis dignoscerentur, alba creta pedes illinibant.
- 5 Euictione seruorum venditor non tenebatur seruorum sub pilo renditorum, & venditor ad nihilum tenebatur.
- 6 Pracones singulis auctionibus bona proclamat.
- 7 Seruū venales, quomodo apud Grecos appellarentur.
- 8 Auction hasta Roma etiam imperitis notissima.
- 9 Hastam refrixisse, quid denotet.
- 10 Hastam vibrare, quid denotet.
- 11 Pertica tristis, quid esset.
- 12 Magistri, qui dicerentur apud antiquos.
- 13 Conductiones sub hasta fieri impropriæ dictum est.
- 14 Hasta salutis, quomodo & quando diceretur.
- 15 Accursius antiquitatis prorsus ignarus.
- 16 Subhastitutiones pluribus diebus fieri debent.
- 17 Subhastitutionis forma.
- 18 Licitatio, infra quod tempus fieri debeat.
- 19 Licitatio debet fieri praesente officiali.
- 20 Subhastitutione non est locus solemnitatis, & semper requiritur, vbi venduntur res absentis, vel minorum, vel decurionis, vel fisci, vel ecclesie.
- 21 Subhastitutione non requiritur in venditione mobilium.
- 22 Subhastitutione licet inter absentes fiat, obligatio tamen contrahitur.
- 23 Subhastitutione una facta, quando alia fieri possit.
- 24 Subhastitutione si dicatur, dabatur, est promissio dandi.
- 25 Subhastitutione offerentes debent esse presentes.
- 26 Subhastitutione ve obligetur, necesse est, ut vice praconis, vel edicto publicatio fiat.

Quo-